# IDEA
# THERIACÆ, ET MITHRIDATII,
Ex optima, atque omnium excellentissima ANTONII BERTHIOLI Pragmatia.

Ipsorumq; interim ingredientium Simplicium exactissima DISCVSSIO, ET PRAESERTIM

DE VIPERIS SCITV DIGNISSIMA, non hucusque ab alio quopiam Physiologo enucleata, nunc demùm

*A IACOBO FERRARIO Philosopho, & Medico Mantuano,*

Partim ex doctissimi olim FLAMMINII EVOLI scriptis, partim ex proprijs excerpta, & ad commune commodum edita.

*Adiunctis de vero Opobalsamo Attestationibus.*








MANTVÆ,

Ex Typis Francisci Osannæ, Ducalis Impressoris.
M.D C I I. Superiorum permissu.



# SERENISSIMO FRANCISCO MANTVAE, ET MONTISFERRATI PRINCIPI;

## ATQ; ILL.mo, ET EXCELL.mo FERDINANDO BARVLI PRIORI

*Optimæ indolis, & maximæ ſpei fratribus generoſisſimis.*



ROESVM olim Lydorum Regem opulentiſſimũ Delphico Oraculo nuntios miſiſſe in Græca hiſtoria narratur, qui ſciſcitarentur ex eo, non nugas, & ſomnia, vt antea, cùm clam in eodem aheno teſtudinem ſimul, & agnum concoquens periclitari voluerat, nunquid eorum, quæ apud mortales peraguntur, Deum lateret; neque quid de expeditione in Perſas deliberandum eſſet, nihil denique, quod fatuitatem ſimilem

redoleret; sed rem longè maximam, in qua cognoscenda, & comparanda plurimum à singulis hominibus laboris, & studij impenditur: quomodo fœlicitatem nempe consequi, & id, quod ætatis supererat, beatissimè transigi posset. Prudentissima equidem consultatio, ac dignissima, quæ responsum planè præclarum, sapientissimumq; referret. Non si ingentes auri, argentiq; signati, & puri aceruos extrueret; non si multos exercitus aleret; non si terminos Imperij longe, lateq; propagaret; sed si seipsum cognosceret, ita demum beatum fore. His præstantissimi Principes non egetis consultationibus; Hæc ad vestras cogitationes excelsas non spectant Responsa; qui ab ineunte ętate illis disciplinarum instructi fuistis Oraculis, illa morum imbuti probitate penitus cœlesti, vt licèt annorum defectu dianoetica entelechia corporis adhuc caligine obtenebrata orietur, nec tam firmas edat operationes, acuratissimi tamen ingenij in vtroque vestigia incipiunt apparere lucidissima, forasq; transluceet vigor, & veluti vitro obtectus animæ fulgor; eximia namque ingenitæ virtutis

ducti

ducti propensione in reconditis scientiarum arcanis, ac in propria cognitione vberrimos fecistis progressus; Quid enim semetipsum cognoscere aliud est, quàm inditum à natura cœleste genium persequi, eiusq; votis aspirare? sexcenta in vtroque diuinæ huius cognitionis refulgent testimonia; inconcussam attamen fidem, certissimamq; approbationem attulit Theriaca superioribus mensibus vestro iussu ab egregio, & lectissimo Seplasiario Dño Antonio Berthiolo tam accurata lectissimorum simplicium medicamentorum diligentia confecta, tantoq; applausu à Serenissimis Parentibus, atque demùm ab vniuersa Ciuitate excepta. Cùm enim Theriaca, & quod ab inuẽtore nomen traxit Mithridatium regia sint medicamenta, imperatoriaq; antidota, nemini mirum videri debet, si tam singulari animi ardore ea proprio sumptu concinnari, sub proprijsq; ædibus concelebrari voluistis assidua diligentia iugiter assistentes. Qui (si augustissima vestra incunabula, celsissimamq; stirpem contemplemur) Serenissimam originem regijs, ac Imperatorijs Heroibus acceptam refertis,

Ge-

Generosa itaque alexipharmaca, regias antidotos à Regibus, & Principibus concinnari æquum erat,& decorum. Hoc est sapere: ad honestam, ad quam sana mens trahit, voluptatem, animum dirigere; videre enim erat dū Theriacæ ab Excellentissimis patribus simplicia examinabantur alternatim vtrunque vestrum miro studio eorundem nomina, qualitates,ac facultates inquirere; ortus, incrementa, regiones anxiè percunctari, perspicuum ingenitæ in has scientias propensionis argumentum. Iure igitur optimo libellum hunc, De Theriaca, & Mithridatio, deq; eorum ingredientibus partibus Celsitudinibus vestris, Theriacæ, & Mithridatio, atque eiusdem generis confectionibus regijs addictissimis, doctissimi Euoli intempestiua morte Mantuæ magis fato, quàm suo prærepti nomine, propriaq; obseruantia ductus dat, donat, dicatq;

*Iacobus Ferrarius Physicus Mantuanus.*

# ERVDITO LECTORI
## IACOBVS FERRARIVS.



*PVSCVLVM hoc præteritis annis, amice Lector, Flamminius Euolus acri iuuenis iudicio, ac ingenij acumine pollens, aggressus fuerat eo consilio, vt non solùm egregij Pharmacopolæ, ac de re herbaria optime meriti Antonij Berthioli accuratißimam diligentiam, indefessumq; studium in comparandis vndique ijs simplicibus Theriacam, & Mithridatium ingredie͂tibus, quæ iam dudum obliterata, ac à maioribus nostris supina quadam negligentia, prætermissa videbantur, literarum monumentis, & oculatæ fidei attestatione comprobaret; sed simul etiam de eiusdem met Theriacæ laudibus, vsu, ac conficiendi modo ingeniosè discurreret; Atque in primis de Viperarum temperamento, viribus, & structura, nec non de methodo Viperinos pastillos concinnãdi philosophico more disceptaret: Ad metam fœlix aspirabat, longo licet proximus interuallo, cum (proh dolor) inexorabilis mors in*

*medio*

*medio ætatis curriculo, si quidem florenti (annum enim vix vigesimum septimum attigerat) intempestiuo ictu, illum surripuit; remansit opus mancum, mutilum, & veluti vrsarum partus incōcinnum. Paterna igitur tactus pietate, nutricem quæritare occœpit Berthiolus, quæ fœtū incomptum componeret; nostrum tandem imploratum auxilium impetrauit. Hæc itaque in eo exornando præstitimus, Caput primum ampliauimus; De Aspalatho Calamo odorato, Opobalsamo, Carpobalsamo, & Xylobalsamo, atque de Amomo capita, funditus sustulimus, ac immutauimus, & quæcunque in his discussa determinantur, nostra dictauimus Minerua, varijs in locis integras apposuimus periodos, vt ex originali patet libro: Hæc citra iactantiam dicta accipiantur; sed eo solummodo consilio, vt scias Lector, alienis plumis ornatum (corniculæ Æsopi more) me minime velle incedere, sed quæ sūt Platonis ascribenda esse Platoni, quæ Socratis, Socrati. Vale, Et labori meo indulge potiùs quæso, quàm liuore tumidus dicas, facile est inuentis addere.*

De

# De Insignibvs SERENISS. FRANCISCI GONZAGAE, MANTVAE, ET MONTISFERRATI PRINCIPIS,

Emblematicum Epigramma Iacobi Ferrarii Physici.

*Fama est Pegasidis quondam virtute volucris*
*Scandisse æthereas Bellerophonta vias.*
*Principis eximij confer nunc nobile stemma;*
*Hunc virtutis alis Aquila ad astra feret.*

Ad Illustriss. & Excellentiss. Ferdinandvm Gonzagam Barvli Priorem, Epigramma eiusdem.

*Purpurea exoptat redimitum Roma tyara,*
*Ferdinande tuum cernere posse caput:*
*Maxim⁹ hoc cogitat, Romana potētia, Clemēs;*
*Mantua teq; cupit non habitura parem.*
*Compar erit voto finis, sed gloria maior,*
*Cùm Moderator ouās Urbis, & Orbis eris.*

De libro Iacobi Ferrarij vigilijs absoluto, quem immatura morte præuentus, imperfectũ reliquerat Flamminius Euolus.

Philomatis ad Ferrarium Epigramma.

EVOLVS *hanc vitam per te* IACOBE, *fatetur*
*Accepisse tuis clarus in eloquijs.*
*Perpetuis igitur viuant tua nomina cartis*
*Euolus, vt possit viuere, viuat opus.*



INDEX

# INDEX PRIOR CAPITVM

## IN HOC OPERE CONTENTORVM.



De

FINIS.

# INDEX ALTER
## NOTABILIVM RERVM
### LOCVPLETISSIMVS.

*A*



*C*



*D*



Domi-

E



F



G



H



I



L



M



*Mithri-*

N



O



P



R



S



*Scyllarum*

*FINIS.*



# DE LAVDIBVS MEDICINÆ, deq; Theriacæ, & Mithridatij vsu, & præstantia. Cap. I.



VLCE, & decorum de genere humano benemereri semper habitum fuit, vt vna hac de causa antiquitatem tot nobis Deos inuexisse sciamus, quot quot hominibus potissimum profuere, Saturnum nempè, Iouem, Mercurium, Apollinem, Æsculapium, Herculem, Musas, innumerosq; alios, quos enumerando tempus potiùs, quàm oratio me deficeret. Ex quibus illi præcipuè (falsa illorum opinione) colendi essent quicunq; arte Medica multum profecere; Apertos namq; hostes profligare, acies sternere, arces expugnare inclitæ, & eximiæ est virtutis: sed inimicos nobis ipsis intestinos nulla lege conciliandos comprehendere, vi occulta expellere, ad nihilum redigere, humanas vires excedere, naturam diuinam, cœlestemq; potentiam attingere videtur. Quòd si Hercules, quippe qui horrida monstra domuerit inter Deos relatus dicitur, quanto maiora, horrifica, & hominibus obnoxia Medicina interficit, & de medio tollit? si Mercurius inter cęlestia numina à priscis cooptatus est, quod mortales bono nuncio, atque lucro simul & semel afficiat, quis nos maiore lucro accumulare poterit, ac iucundiori nuncio, quam qui præsentem sanitatem tuetur, amissam reddit? Si Musæ, & Apollo propter suauem harmoniam Cęlo digni fuere habiti, quæ maior ea harmonia, quam Medicus in humano cor-

pore conſeruat,ad certam legem elementa componendo; iuſta ratione humores coërcendo,debita figura,numero,ordine,ac diſpoſitione inſtrumenta manutenendo, vt vnum commune vitæ munus expleant? Fruſtra credo leges animo imperarent,ni Medicina corporis obſequium pręſtaret; fruſtra mores Ethica præſcriberet,ni Medicina bene diſpoſita corpora,& attemperatos humores præberet. Miris igitur laudibus Medicinam extollamus, miris quòd non ſolum manifeſtos morbos proſternat, ſed etiam occultos funditus euellat,non ſolùm præſentes propellat,ſed etiam à futurorum inſidijs nobis caueat; cauere enim à cognitis hoſtibus quis neſciat? Verùm domeſtica conuiuia declinare; Nouercarum aconita fallere, rabidorum canum, phalangiorum,ſcorpionum,viperarum in triuijs inter ambulãdum fugere quis poterit? Quis virulentos telorum ictus ſubterfugere? Solùm incolumes ab his omnibus monſtris nos Medicina reddit,ab his ſola Regijs præſertim, & Imperatorijs medicaminibus conſtans Theriaca,& quod ab auctore ſuo nomen accepit Mithridatium,eximunt. Præclara profectò & Regia ſanè medicamenta, quæ citò, tutò, & iucundè à maximis venenorum inſultibus nos liberant: Regia, quòd à maximo Rege Mithridate inuenta, adeò ſecurum à venenis, & impenetrabile eius corpus reddidere, vt cùm mortem,ne Pompeij Magni triumphum cohoneſtaret, ſibi veneno præſentiſſimo conſciſcere vellet, non poſſet: Imperatoria vtique, quibus Nero, & Antoninus cum vitæ diuturnitate vſi ſunt: maxima medicamenta, quæ à maximis venenis citò liberant Opij, Cicutæ, Aconiti, percuſſos à Vipera, verberatos à Serpente, ictos ab Aſpide, morſos à rabido Cane, demum oblæſos à quocunq; virulento animali, quod dentibus, aculeo, vel contactu venenum relinquat. Hæc frigido & tumenti ſtomacho, anhelanti pectori proſunt; veſicæ, & renum dolorem ſedant, flatus, &

aquam

aquam inter cutem exiccant, ventris tormina diris nos modis excruciantia propellunt, crocco colore infectum corpus detergunt, oculorum aciem acuunt, Phtisim euincunt, contractos neruos extendunt, efferuescentium in suppurgationibus humorum tumultum compescunt, vermes puerulos strangulantes enecant. Hæc quantum ad dirã luem arcendam polleant, posset hæc nostra Ciuitas testari, cùm multorum Ciuium salutem his antidòtis acceptam referat; quorum beneficiorum cùm sit minime immemor, quemadmodum antiquitatis, & nobilitatis præstantia nulli alij Ciuitati cedens, ita nec bonarum artium studio posterior, hæc Regia medicamenta tertiô condere (auspice Serenissimo Principe Vincentio) animum induxit ita condere (inquam) vt quantum profecerit, & quantò alias hucusque Ciuitates in his componendis anteierit, omnes intelligant; non sumptui, non labori, non tempori, nec amicorum, vbique terrarum existentium, negotijs pepercit; videre enim licuit parata ob oculos à remotissimis totius terrarum orbis regionibus peregrina eruta medicamenta, eaq; pretiosissima, vt in hisce antidotis componendis, cum his, qui antea ea composuere sex, septem, atque etiam octo defuerint simplicia, antidotos has ingredientia nobis tria ad summum defierint, tantum potest nostri solertissimi Berthioli indefessus labor, quorum loco an præstantiora suppofuerit, vestrum erit iudicium.



## *Quomodo Theriaca vnum existens Medicamentum, contrarias edat operationes.* Cap. II.


IRVM autem videtur, cùm natura vnicuiq; rei comparatum fuerit, vt agat, ficuti eft; fit autem vnaquæque eadem, non fibi ipfi contraria; quomodo Theriaca medicamentum idem exiftens, multa, ac inuicem prorfus pugnantia, effectusque contrarios, ficuti fuperiùs enarratum eft, efficere poffit, vt venenum calidum Viperæ, frigidum Scorpionis, ficcum Tyri, humidum fungorum euincere, fanguinem verò fiftere, lapides frangere, fudores promouere valeat; At fi cum egregijs viris rem mixtam ingenij acie in formam propriam, & fua mifcibilia diuidamus, intelligemus quafdam iuxtâ formam, aliàs verò iuxtâ mifcibilium qualitates, quæ faltem refractæ in mixto remanent, actiones prodere: Etenim quæ res Theriacam ingrediuntur tot numero funt, tot qualitatibus inuicem diuerfæ, & contrarietate pugnantes, vt meritò innumerabiles, & contrarias ratione materiei Theriaca edat actiones, infito animantis actuata calore, cui propria forma parem gratiam referens efficit, vt idem fortior ad propulfandas cuiufcunque generis illatas iniurias, euadat; ficque hac ratione Theriacam contraria poffe certò conftituimus.



Num

## *Num Theriaca vna sit, vnica constans forma. Cap. III.*



VOD autem res vna sit Theriaca, vna prædita forma, ex multis miscibilibus consurgens, accepit Galenus, & Auicenna tanquàm certum, contraque Epicureos pro principijs atomos ponentes acriter ipse disputat: Hi namque tum corpora tanquàm principia affectionis prorsus expertia posuerint, nec commixtionis vnionem, nec veram generationem, nec vllam mutationem tueri possunt, vt nec Anaxagoras, qui Omiomerias pro principijs ponit, quæ omnia in se continent magis vnam rem, quàm aliam quamuis constituant: At Theriacæ vnam existere formam non potis esse videtur, nisi tota corpora secundum se tota in ipsa commixta fuerint; quod alibi Galen. aut soliùs Dei, aut Naturæ opus esse dixit: Quapropter omissis illorum veteribus dogmatibus, iam satis superque ab Aristotele explosis, non erat Galeno alia maior dubitatio, ex proprijs orta principijs, commixtionem impediens dissimulanda: nam miscendorum corporum, aut altera virtute altera superant, aut æqualia inuicem existunt: Si paria inuicem sunt, tum agendi, tum resistendi vi prædita, hi poterunt inuicem com misceri, cùm commixtio actione intercedente fiat: paria autem compati, aut agere inuicem non possunt; quantum enim alterum agendo construit, tantum alterum resistendo destruit; hinc nulla sequeretur mutatio; At si inæqualia non miscerentur, sed augumentum fieret dominantis Aristotelis testimonio. Hæc sunt illius verba: Magna quidem paucis, & magna paruis composita (est enim in maiore quanto cum cætera sint paria, maior virtus) non faciunt mixtio-

A. trac. d Theriaca G. ad Piso. c. 10.

Primo de elem.

Primo de gene. cap. 89.

mixtionem, sed augumentationem dominantis; Ideo gutta vini decem amphoris aquæ non miscetur; soluitur enim forma, & mutatur in vniuersam aquam: Hæc difficilis fortasse dubitatio apparet mixtioni afferre impedimentum, sed danda manus difficultati non est, imò potiùs recto miscendi modo bene percepto, diluenda certum, & in confesso apud omnes est miscenda, ita inuicem agere, & pati inter commiscendum, vt se inuicem confrangant, consurgatque ex confractis noua forma, reperiri nihilominus ipsis miscendis aliquid semper, quod dicitur dominans, non quia propriam formam, & naturam possit æquo in prælio seruare, sed quia ei vestigij plus propriæ naturæ victoriæ insigne remanet, quàm cæteris. ob idque in aliquo mixto plus ignis inest, plus terrei in alio, aut aërei, aut aquei; sed quo ad amissionem formæ, & propriæ naturæ nullo discrimine habentur, nam nec ignis est amplius, nec terra, nec aqua, nec aër, quæ in mixto existunt, dicant quicquid velint, qui formas elementorum integras in mixto remanere contendunt; nunquam enim vnum, sed multa mixtum erit: Miscenda igitur quoad amissionem propriæ formæ, paria sunt omnia, sed quoad conseruationem portionis illius, quod prius erat necessario in mixtura, semper (nec enim datur mixtum æquale ad pondus) aliquid dominatur; Ideo mixtionem fieri, & ex æqualibus, & inæqualibus, quis tueri potest? Etenim aqua vt octo, & ignis vt decem commisceri possunt: nam ignis tantùm ab aqua, quamuis sit dominans, agendo compatitur, vt formam vterq; amittat, dominabitur tamen ignis in mixtura; siquidem plus ignei, quàm aquei inerit ipsi; ac aqua vt quatuor, & ignis vt decem non commiscerentur; siquidem in dominantem ignis naturam aqua prorsus transiret, etenim mixtio qualitatum solùm commixtio non est, quamuis Galenus Aristotelem hoc tenuisse affirmat; sed falsa Galenus narraret, nisi aliter, quàm

Arist. 1. d gene. trac de min, & 2. d parti. anim. c. 1.

P.° Meth. 1. de nat. hu.

sonent

ſonent eius verba, interpretemur, vt per qualitates formas, ſicuti Græci ſolent, intelligat, quæ inuicem confranguntur, efficiunturque neceſſariæ, nouæ ſuſcipiendæ formæ, conditiones; Cùm autem poſuerit Chryſippus triplicem ſpeciem mixtionis, primam, quam vocat κατὰ ὁρμὴν ſecundùm impetum, ſecundùm motum localem, ſicuti cùm grana ordei conglutinantur cum granis tritici, vel aliarum ſegetum, alteram, quam nuncupat κατὰ σιγχυσιν, καὶ κατὰ συγφθερσιν: ideſt ſecundum mutuam confuſionem, & ſecundum mutuam correctionem: tertiam, quam appellat κατ᾽ ἀντιπαρεντασιν, ideſt ſecundum mutuam partium commixtionem, & vt partes vnius, cum omnibus alterius partibus ſint ſimul commixtæ; hæc perfectiſſimæ naturæ eſt, quamuis eo modo non fiat, quem ipſe hiſce verbis comprehendere exiſtimauit, corporum ſcilicet penetratione, lapſus in tam euidens naufragium, cùm minimè ſciret, quomodo poſſit omnis pars mixti mixta ſine corporum penetratione defendi: Alter verò mutationis modus medicamenta omnia commixta continet; confunduntur enim ſimul, & corriguntur, mixtisq; affabrè medicamentis vna ſingulis forma inſurgit, eſtque cuiuſq; pars mixta mixti: Nec huic reclamat Galenus, cùm dicit, quòd hoc ſit ſolius Dei, aut Naturæ opus; nam re vera naturæ opus eſt, adiuuante arte: ars quidem medicamenta contundit, aut liquefacit iuxta minima, quantum licet confundit, quod adiumento eſt Naturæ: nam parua ſecus poſita, vt inquit Ariſtoteles, miſcentur magis: faciliùs enim inuicem permutantur, citiùs confranguntur, ac in vnam formam conſpirant, quod totum Naturæ eſt: Sed ſatis de ijs obiter: rem ipſam aggrediamur à Viperarum trochiſcis, ſicut res peracta eſt, exordiendo.

## *Viperarum, & modi, quo confecti sunt Viperini pastilli, breuis descriptio. Cap. IIII.*

VIPERAE igitur triginta pro trochiſcis Theriacæ gratia conficiendis in euganeis collibus apricis, & ſoli maxime expoſitis, à maritimis, ac paluſtribus aquis longinquis, quo Patauiũ, Venetiæ, ac Germania penitus tota confluunt, tanq̃ ad Viperarum celebre emporium XIV. Kal. Iulij captæ, tempore certè circa finem Veris, ſi valde incaleſcentem conſtitutionem aſpiciamus, trucidandæ IX. Cal. Iulij in medium allatæ fuere: Erat ibi in omniũ Medicorum conſpectu mas vaſe contentus, ac Viperulos vtero geſtantes fœminæ multę, tum vt oculis præſentes notæ cernerentur, quibus fœmina à mare, & à fœminis fœminæ interſtinguantur, tum etiam, vt quod ab alijs de viperarum partu accepimus, num vera ſint, oculata fide comprobaremus: Erant autem fœminæ non prægnantes viuaces adeò, vt miris modis in apprehendentis manu voluerentur, & vim quodammodo tenenti inferentes toruis oculis, rubore ſuffuſis, fero aſpectu intuerentur; Quinimò amputato capite, & cauda, cute, & viſceribus detractis in ſinuoſos gyros ſe diù, quaſi lædentem quæritantes torquebant, colorem ex auro, & ære mixtum præferrentes non indecore, cauda paulum inflexa, elato collo, diſtento ventre grauiter, & truculenter reptabant, habebant capita plana, crebros ſinus, plures dentes caninos, foramen excrementorum, & pudendi ad extremam vſque caudam collocatum: Detractis viſceribus, & inteſtinis, omnes, prætèr quatuor, quod ſicut raò, & præter ſpem euenit, ita omnibus maximoperè gratum, ſine ouis repertæ fuere: ex ijs verò, quæ oua habebant admodum exigua in patiuam aqua plenam cum cęteris iniecta fuit; altera cum grandiora, omninò

abiecta

abiecta, reliquas duas statuerunt Medici abijciendas esse, si dosis completa fuerit, vnde minus ex illis seorsum coctis, & in pastillos subactis complendam: Quapropter à Medicis summopere commendatæ, in vase opportuno aqua fontis repleto, lento, ac luculento igne cũ anetho, & sale adeò fuere elixatæ, vt sponte à spinis caro decideret; mox cum quarta parte panis candidi saliti in clybano diligenter cocti, exsiccati, & minutissimè contriti, pastilli tenues optimo balsamo subacti fuere, in cubiliq; elato, meridiem aspiciente, in vmbra subtili cum lineo panno contecti exaruere, qui confracti, quasi gemmarum splendorem prę se ferebant, factũq; tunc periculum est, viperæ carnem inter exsiccandum ad quartam redigi. Dum hæc agerentur, dubitationes hæ ab Antonio Berthiolo, eleganti pharmacopola, quo cæteris Ciuitatibus non inuidemus, iterum Theriacam componente motę fuere, Cur vipera Theriacæ adiecta sit? Quamobrem potiùs fœminam, quã marem eligamus? Cuius vipera temperiei sit? Num aliquando liceat prægnantes accipere? Quomodo quædam in Galeni verbis circa ipsam viperarum materiam pugnantia concilientur? vt interim alias omittam, sæpe à multis viris illustribus pertractatas quæstiones mecum met has considerandas proposui.

## *Cur Vipera theriacam ingrediatur, ac de modo, quo ipsa agat. Cap. V.*



VIPERAM theriacam ingredi eo consilio certum est, vt ratione similitudinis infixum ipsis animalis partibus venenum ab ipsa attrahatur; attractum verò, & quodammodo in insidias illectum à concomitantibus alexipharmacis destruatur, ac ad nihilum prorsus redigatur, dum simul, & ip-

Lib. 1. de na. fac. ca. 13. & li. 3. c. 25. & 5. de simpl. med. fac. c. 14. & l. ad Pis. ca. 10.

sum oppugnant, & propria virtute animalis membra corroborant, quòdq; ratione similitudinis attrahat, id ei commune est, teste Galeno, cum multis medicamentis, quod etiam experimentum confirmat; Etenim extrinsecus imponimus ictui venenato animal venenatum, vt de morsis à Crocodilo adipem crocodilinum, murem araneum ipsius aranei morsui, itidem scorpionem illidimus mordentem, viperam, ac theriacam similiter, hæc enim venenum foras trahendo, ad cor peruenire minimè permittunt. At quod à malefica actione venenum etiam prohibeat, principes partes Theriaca confirmando, scitè Alexander Aphrodisiensis docet eo problemate, cur hominibus à dipsade morsis, ob idq; siti ingenti excruciatis, theriaca propria natura calida, & sicca sitim extinguat, non autem augeat? Respondet enim Aphrodisiensis, propria temperatura theriacam id non præstare, sed ratione propriæ substantiæ, qua membris principibus opitulatur, si quidem pluribus constat simplicibus, quæ singula, membra singula corroborant; dictamnum cor, eupatorium iecur, scolopendrium lienem, pentaphillon os ventriculi, hysopus septum transuersum, atq; pulmonem, enula campana renes, ruta laxum intestinum, gentiana cerebrum, seseli vesicam, ijs omnibus Viperarum carnes miscentur, vt tanquàm exploratores, venenum intro delitescentem, ab incœpto cursu, & vitalium partium inuasione auocent; hæc verò sua natura contra venenata omnia genera illatam iniuriam auertunt; Cùm igitur præsidia omnia ex Theriaca membra singula trahant, malum meritò sedatur, quod sitim excitat, atque ita contingere, inquit, congruum est, ex hisque licet etiam vnicuique colligere, quomodo Theriaca cùm sit vna, contrarias edat operationes.

## *Cur Vipera fœmina potius, quã mas ad Theriacam conficiendam eligatur. Cap VI.*



CVm igitur ea de causa Vipera in Theriacam recipiatur, cur recentiores vno omnium ore fœminam recipiendam, marem verò abijciẽdum contendunt? cùm tamen hac de re, si Andromachum vtrunq; consulamus, vel etiam Galenum ipsum, nihil, quod ad fęminas pertineat, clarum ab ipsis præceptum habeamus; sin rationem sequi malumus, quam profitemur, mas potiùs eligendus, quàm fœmina videatur; Etenim ad vnamquamq; rem perficiendam, id eligere potiùs debemus, quod est perfectius: in vnaquaque autem specie quis marem fœmina (mare oblæso, & manco, primoq; monstro in Natura, vt aiunt Aristoteles & Commentator) nesciat esse perfectiorem? Non me latet aliquos eò se recipere, vt dicant minus perniciosum fœminas virus in se continere, quàm ipsos mares; longè aliter tamen Aetius Antiochenus videtur sentire, cùm dicat, mors in horis septem adest, aut summum tertia die in ijs, qui non seruantur, & maximè ijs, qui à Vipera fęmina sunt icti, à fœmina maximè, & citius moriantur, fęmina mare magis venenata apparet; Vnde igitur tanta est de Viperis fęminis orta religio? Nec satis se tueri posset, si quis diceret non vsu venire in Græco sermone sicut in Latino, vt eodem nomine mas, & fęmina, Vipera nuncupentur, sed nominibus inuicem distingui, marem scilicet ἔχιν, ἐχίδναν fœminam appellari opponentur; Etenim multa Aristotelis, & aliorum loca, quibus τῆς ἔχιος nomine fęminam intellexere; inquit enim ἡ ἔχις δὲ ζωοτοκεῖ μόνον ᾠοτοκήσασα ἐν αὑτῇ πρῶτον hoc est, Vipera autem animal parit sola, cùm oua prius conceperit in se ipsa: & alibi, eadem prorsus verba retulit, quæ parit profectò fęmina Lib. 3. de hist. ani. & cap. 1.

 est:

L.5.c.vlt. eſt : pariter Suidas ἔχις εἶδος ὄφεως ἀπὸ τοῦ κατέχειν διότι μόνον τῶν ὄφεων οὐκ ᾠοτοκεῖ ἀλλὰ ζωοτοκεῖ. Vipera ſpecies eſt ſerpentis, ab eo, quòd continet fœtum in vtero dicta; ſi quidem ſola inter ſerpentes, non ouipara, ſed viuipara eſt, millieſq; ἐχίδνης nomine Vipera fœmina appellatur; Attamen ſi quis ea, quę à Galeno dicuntur diligenter perpenderit, facilè hoc eſſe eius præceptum intelliget: nam libello de Theriaca ad Piſonem, qui, vt Galeni ſit, nihil firmi impedit, cùm doceret qualis deligenda eſſet Vipera, proprijs notis Viperam fœminam depinxit, additq; tanquam notarum certiſſimam, greſſu denique incedat quieto, nam in hac re ſolùm, & dentibus caninis mas à fęmina diſcrepat, cùm ille duos tantum, fęmina plures, habeat; vt Nicander cecinit :

Cap. 9.

*Sunt gemini dentes, maribus, ſua ſigna, canini*
*Fundentes virus habet hos, ſed fœmina plures.*

Quatuor enim habet, vt (Aetio auctore) obſeruauimus : Cùm igitur illa ſumenda ſit, Galeni præcepto, quæ has notas habeat; fęmina autem à mare ijs notis diſtinguatur, fœmina ſanè accipienda eſt, huiuſq; præſentis dicti memor in libris de antidotis, qui hunc ſequuntur, id non amplius repetit, ſed alterum huic annectit, prægnantes abijciendas; quaſi dicat, ſuperius proprijs fœmininis notis, fęminas eligendas ad Theriacam oſtendi, nunc vos admoneo, vt prægnantes abijciatis; Quem ſecutus eius interpres Auicenna, claris verbis fœminas accipiendas imperauit; Poteſt verò electionis ratio à Galeno colligi, cùm diſputat cur Vipera ex alijs ſerpentibus ad Theriacam potiùs accipiatur; hæc, inquit, eligitur, quoniam media eſt quodammodo inter ſerpentes; neque enim adeò venenata eſt, vt Baſyliſcus, Dryinus, Hęmorrheis, Dipſas, & alij; elixata enim cū proprijs rebus malignitatem corrigentibus, ſine noxa comeditur; illudque obiter animaduerto, falſum etiam experiri, quod ab Andromacho ſcribitur, ſanguinem Viperarum poſſe nocumentum

1. c. 8.

Tract. de Ther. L. ad Piſ. c. 8.

mentum inferre, cùm canit:

„ *Sanguine mixtum caueas stillante venenum* :

Ad quod alludit Lyricus vates, de iuuene quodam fugiente palestram verba faciens,

„ *Oleum sanguine viperino cautius vitat* :

Etenim vidimus, qui eas cute exuerint cruētis illarũ cruore manibus nihil incommodi, præter breuem pruritũ, fuisse perpessos; eligitur (vt eò redeam vnde diuerti) eadem ratione fęmina, quia mare minus est venenata; at cur eligitur, dicet quispiam, minus venenatum? Habemus id à Galeno docente Mexipharmaca media esse oportere inter corpora veneno obsessa, & ipsa venena; fœminam verò esse minus venenatam, & ratio sumpta à frigidiori, & humidiori ipsius temperamento docet, & Auicennæ auctoritas, cùm dicat, de Viperis verba faciens: sunt masculis fœminæ incolumiores: & alibi inquit; Masculi habent plus veneni, & acutioris, licèt dicant aliqui fœminas deteriores multitudine dentium (suppresso nomine) tunc ad Aetium respondens: Quod enim icti à fęminis potiùs, & citiùs moriantur, est, sicut ipse proximè superius attigit, quia fœmina quatuor vulnera, sicut quatuor dentes caninos habet, mares duo tantum inferant; faciliùs est autem pluribus malignis vulneribus occidi, quam paucioribus; Ad Theriacam verò perficiendam, sicut & ad quamq; rem non absolutè perfectam in propria specie eligere debemus, sed ad rem nostram perfectiùs, qualis fęmina ad theriacam est, cùm venenata minus, maius aũt venenum in corpus nostrum immittere valde abhorremus, & quamuis ἐχιῶς nomine tùm mas, tùm fęmina compræhendatur, non comperimus tamen adhuc è contra vocem ἐχίδνης marem significare.

Lib. 5. de tēp. mod. fac. c. 8.

Li. 4. f. 6. t. 3. c. 35. & c. 31.

Num

## *Num Viperæ, quæ oua conceperint, sint in Theriacam admittendæ, & quæ voce prægnãtis, accipiantur.* *Cap. VII.*



IVssit Galenus, libello ad Pisonem, vt Viperam fœminã pro Theriaca conficienda eligamus; cùm proprijs coloribus Viperam fęminam depinxerit, cui præcepto primo de antidotis adiecit, vt prægnantes abijciamus, cuius dicti reddunt rationem recentiores; si quidem prægnatione macilentæ redduntur, cùm proprius succus, & sanguis in fœtuum succum, & sanguinem conuertatur, quorum ego rationem, vt approbo, ità non minus fugiendam prægnantem existimo, quam Nicander viatorem alta admoneat voce, quia libidinis ardore flagranti collectum certo loco virus, per totum corpus libidine diffunditur, quamobrem pastillis componendis inepta prorsus euadit: hæc sunt clamantis verba:

*O triuium moneo fugias, & aperta viator*
*Distinctus maculis quoties mas Vipera nigris,*
*Congressum vitat, & dentes subire marito,*
*Insequitur exardens tunc illa cupidinis ira.*

Etenim in illo maximo ardore virus per corpus diffunditur tùm ante congressum, tùm vel maximè in ipso congressu; quo spiritus vehementer, & omnes humores exagitantur; ex altera parte, si tempore à Galeno statuto viperas capiamus, sicq; eas eligamus, quæ notis insignitæ sint à Galeno præscriptis; carnosæ inquam sint, viuaces, & atroces, difficulter, ac fere nunquàm, quæ oua iam non conceperint, poterimus reperire, ita vt raro admodum, ac fermè nunquam, paruaq; copia posset Theriaca componi; rationemq; eam esse

se existimo, quia cùm carnosæ Viperæ sunt, ac bene se habent, non solùm quantum ipsis sufficit conseruandis alimēti conficiant, verum & quantum speciei propagandæ sit satis; quare statim oua concipiunt: sicut contrà, cùm oua non conceperint, argumentum est alimenta eis non abundè suppetere, sed vix, ac ne fortè vix ipsis sufficere: id enim, quod propagandæ speciei in medium affertur, proprij alimenti abscisio est; hæc verò non fit, quando vix pro suimet conseruatione suppetat animali; vult enim vnumquodque animal perpetuitatem consequi, se ipsum primo conseruando, mox speciem propagando, quamobrem cùm benè carnosæ sunt, oua habent, cùm oua conceperint, principiô sunt benè carnosæ; tunc enim gallinas pingues vidermus, cùm oua cōceperint, tuncq; oua concepisse, quādo pingues. Quid igitur faciendū? sanctum sanè seruandū Galeni præceptum, vt p̄gnantes abijciantur: Verùm, quæ prægnātis voce sint amplectendæ, diligenter perpendendum existimo; nam si Vipera oua subuentanea conciperet, idest sine maris seminis aspersione, concepisse quidem oua diceretur opinor, prægnans non diceretur, sicut nec fęmina, cui menses supprimuntur, prægnans dicitur: oua autem subuentanea menstruis retentis proportione respondent: vt huius rei veritatem consequerer, fateor me Aristotelem diligentem animalium obseruatorem peruoluisse, nec licuisse reperire vbi hoc Aristoteles apertè dicat: nixus tamen eiusdem fundamentis, huiusce rei coniecturam mihi videor posse cōstruere: nam cùm Aristoteles docet modum, quo oua subuentanea fiunt, inquit: Sicut in alijs animalibus mēstrua exeunt, in ijs, quæ oua subuentanea concipiunt, retinentur, in ouaq; conformantur, quæ uitam plantæ tandiù viuunt, quandiù fuerint iam semine maris aspersæ: Etenim virtutem tunc, ac vim animasticam (vt ita loquar) recipiunt: Ad hæc inquit, ex hac materia oua in illis fieri subuentanea, quæ plura

Arist. 12. de gener. ani. cap. 10. & 19.

Arist. 3. de gener. ani. c. 1.

Loco cit.

gene-

generant; si quidem hac abundant: cùm igitur vipera sit ex illis animalibus, quibus non exeunt menses: sit ex illis, quæ plura generant: nam plures quàm viginti viperulos gignit, rationi consentaneum est, oua subuentanea concipere: Adde Viperam sequi generationem piscium cartilagineorum, quam, cùm non sit animaduersa ab Aristotile differentia, credendum sequi generationem aliorum piscium, qui oua sine maris semine priùs omnes concipiunt. Quamobrem ijs motus rationibus, Viperam oua subuentanea concipere animum induxi, nec eo tempore verè prægnantem dici, sed quando iam fuerint oua semine maris aspersa, aut quando iam Viperulos in ouis contineat, quo tempore cum grauissimis viris abijciendam censeo: Antè id, cùm & benè carnosæ sint, nec adhuc, cùm oua parua sint, libidine flagrent, nec inter coëundum proprio, aut maris veneno sint aspersæ, nihil video nos prohibere, quin alacri animo antidoto adijciamus: licebit autem hoc commentari ex ouorum paruitate, quæ nondum ad ouorum lacertæ magnitudinem peruenerint ex carnosa Viperarum habitudine, cùm enim insit in ouis vis formatrix à mare impertita, oua iam grandiora sunt, iam attrahente alimentum vi formatrice emaciantur: nam quamuis ex ouis primò alimentum sumat Viperulus, exinanita iam oua iterum, atque iterũ ex matris succo, vnde macies, replentur, incrementum suscipiunt: sed est & alia non spernenda fortasse coniectura ex situ ouorum collecta, nam animalia, quæ oua pariunt perfecta vterum habẽt infra septum proxime lumbis annexum, quo oua sustinentur; quæ animal verò, iuxtà genitale, quæ oua concipiunt, & animal edunt, vt cartilaginem omnia, & Viperæ vtrunque habent: nam vterus à genitali incipit, bipartitusq; per lumbos sursum ad septum transuersum pergit, estq; superiori parte ad medium vsque strictior sinus, inferiori latior, superiorique parte oua concipiunt, manentque in eo arctiori loco, quousque

Arist. 1. de Hist. ani. cap. 5.

Arist. lib. 3 gen. ani. cap. 14. 1. de gen. ani. c. 10. & vlt. & 11. c. 1. Et lib. 4. de part. ani. c. 1. & 3. de hist. an. c. 11.

Arist. 1. de gen. ani. cap. 4.

Ari. 3. de hist. ani. cap. 1.

uſque iam grandiora ſint effecta: nam mox prolabuntur deorſum in latiùs ſpatium ad excludendos (teſte Ariſtotele) animales fętus: Cùm igitur oua in Vipera inferiori in parte reperiuntur, abijcienda eſt, vt quæ iam ſemine maris poſſint eſſe aſperſa in illo propinquiori loco, vt quæ iam continent grandiora oua, quæ poſſunt ipſos animales fętus continere: cùm verò ſuperiori vteri parte, paruaq; illa ſuſtineant, vt dictum eſt, ſitq; Vipera bene carnoſa, hæc tutò accipienda videtur, nec viri cuiuſdam clari hoc loco acceptanda ſententia eſt, cùm dicat ſe exiſtimare Viperas cum mutuo complexu in cauernis hyeme latient, prægnantes effici, ſicuti nec modus fabuloſus prægnationis per os, acceptandus, quē ipſe vetuſtatē nimis religioſe venerando acceptat: Nā quomodo, bone vir, pgnantes efficiūt hyeme, ſiveluti demortuę iacent, nec etiā mouentur, ſi quis eas importunè pertractet? quomodo ſi eo temporis ſenio confectæ ſunt, quod tempore veris abijciunt? Præterea eo tempore vix ſe ipſas conſeruāt, ne dum generationi operam dant: Miro enim modo extenuantur, dum proprio ſucco aluntur, dum temporis ſibi infenſa conſtitutione vrgentur: Nec ſuadet generationem animalibus hybernum tempus, quo ſol à nobis longiſſimè recedit, quinimò cum Viperæ captæ poſt menſem, quo è cauernis exierint ſine ouis, tùm aliàs ſæpe, tum hoc tempore pro noſtra Theriaca repertæ fuerunt: eius itaque ſententia experientia facilè refellitur; Euenit autem id (Deo noſtris cęptis benè fauente) quoniam ver calidum paulo citiùs aduentans, ſerpentes à cauernis reuocauit, mox imprægnationem frigus rurſus ex improuiſo aduenıens retardauit: ſed hæc eius ſententia minus ægreferenda fortaſſe, quàm vt fabuloſum, & obſoletum iam prægnationis modum per eos ab Ariſtotele ſatis ſuperq; cōfutatum inuehat: Audite quæſo Ariſtotelis verba contra virum hunc, Nicandrum, & quemcunque, qui hanc ſententiam protulerit, cùm nō cernant,

Margin notes: M.Cicer. ad B. (beside "tia eſt, cùm dicat…"); Galen. 5. de lo. aff. c. vlt. (beside "modo, bone vir…"); 3. de gen. ani. cap. 5. (beside "ab Ariſtotele ſatis…")

nant, inquit Aristoteles, celeritatem coitus, mouentur vel piscatores, vt stultam illam, & vulgarem rationem de conceptione piscium afferant, quam & fabulator Herodotus scribit, nec vident id fieri non posse; Meatus enim, qui per os intrò tendit, in ventriculum fertur, nō in vuluam; verum quod ventriculum subit, alimentum fieri necesse est: qua igitur subierit? similis error, addit, Anaxagoræ & aliorum naturalium, qui simpliciter valdè scribunt, & inconsiderate coruos, & Ibim ore coire ratiocinatione, quòd rarò coruorū coitus cernantur, rostrorum coniunctio sæpenumero, non cogitasse quemadmodum semen ad vuluam veniat per ventriculum, qui semper, quod ingressum est, concoquit, vt patet in cibo conficiendo, absurdum omninò est: Cùm hisce igitur fortissimis rationibus Aristoteles sententiam hanc confutet, non est, vt contrà eam quicquam dicam, sed iusti viri officio fungar, qui cùm in viros inuicem dimicantes inciderit, debiliori parti contra fortissimam præstat. Conuertar igitur contra te Aristoteles, qui tanta contradicendi cupiditate exardes, ita caperis mente, vt dum alteri contradicis, tibi ipsi contradicere non videas. Vide quàm æquus sis iudex: hic enim perpeti non vis, animalia quædam per os prægnantia fieri, mox vel ipsa aura à mare fœminam versus emissa solo cantu, vel superuolatu prægnantos fieri contendis. Hæc sunt tua voluminis de Historia animalium verba: Perdices si aduersis maribus steterint, uentusq; inde sufflet, vbi mares stant, concipiunt, & maritantur plerunque, & uoce marium vtero ingrauescunt si gestiunt, ac libidine turgent, volatu quoq; superne marium idem potest, videlicet; dum mas ipse in fœminam fœtidicum spiritum emittit, quid igitur quæso? non poterunt per os animalia quædam prægnantia reddi, si aura, & cantu perdices ingrauescunt, cōcipiunt, & maritantur (vt tuis verbis vtar)? Verumenimverò si quis Aristotelis diligens sectator fuerit, nunquā profectò

Cap. 6.

Lib. 5. c. 5. & 6. cap. 2.

fectò eius dicta inuicem pugnantia comperiet, quod ad rem præsentem attinet, non loquitur tunc Aristoteles de vera prægnatione, ita vt aura, & cantu, uel volatu superne vis maris formatrix fœminis communicetur, sed docet Perdices adeò luxuriosas, vt sola aura olente maris odorem, solo cantu, & superuolatu ita gestiant, vt in libidinem ruant, impleantur succo generationi apto, & fiant ob id ingrauescentes, ouaq; subuentanea concipiant: Quid plura? ipse semetipsum explicat; legitote eiusdem verba tertio de generatione: Tùm etiam Perdices fœminæ, quæ nondum coierint, inquit Aristoteles, & quæ coierint, quarum vsus in aucupijs, cùm ol faciunt marem, vocemq; eius audiunt alteræ implentur, alteræ statim pariunt, cuius affectionis causa est eadem, quæ in homine, & quadrupede; nam si fortè eorum corpora accensa libidine turgent ad coitum, alia cum primum viderũt, alia cum leuiter tetigerunt, semen emittunt. Est hoc auiũ genus sua natura libidinosum, vt leui egeat motu cum turget, citòque secernat, vt in ijs, quæ non coierint subuentanea concipiant; in ijs, quæ coierint oua breui augeantur, & perficiantur; Ergo præter auram, cantum, & superne volatum coitus requiritur, vt prægnantes reddantur; Nulla igitur est contra Aristotelem dubitatio. Cap. 1.

## *Num calidi, & sicci temperamenti, an frigidi, & humidi sit Vipera. Cap. VIII.*



ORTA est ex superius narratis occasio quærendi cuius Vipera temperiei sit, idque meritò; nam Galenus aliquando, Viperæ carnes calefacientes, & exsiccantes, inquit, condiuntur vt Anguillæ cum oleo, anetho, sale, & porro. Et paulò inferius inquit; caro Viperæ exsiccat, valenter digerit, & 11. de simp. mo. f. c. 2.

a.l.de locis aff. c. vlt. excalefacit mediocriter: alibi ipsas æstuosissimas esse, & sub cane furere: Nicander verò ait, ardere cupidinis ira. Præterea siti torquentur, qui Viperam comederint; sitis verò desiderium est frigidi & humidi: percipitur ad hæc partis affectæ incendium, & mira rubedo, quæ caliditatem testantur; Quod idem Auicēnas confirmare videtur, inquiēs. Viperarum aliæ faciunt sitire, & est quidem cùm eius natura est calida, quinimo addit, eius venenum calidum esse, & correptos ingenti caliditate æstuare; ex altera parte idemmet Galenus videtur sibi contradicere, inquiens, animalia frigida hyeme latitant, & sunt veluti demortua, nec si tractentur ipsa mouentur, vt Viperæ, sed eandem sententiam collegi à Galeni libello, Quòd mores animi sequuntur temperaturam corporis; & secundo de temperamentis falsò scripsit vir alioqui doctissimus; in primo enim nihil est, qđ ad hoc pertineat; in altero verò Galenus docet quomodo prohibeatur pilorum generatio propter siccitatem, vt herbarum in terra; si quidem neque ex ijs, quæ testacea, neque crustata, neque quę in cauernis degunt, vt serpentes, nec quę squamata sunt, pilos habent: sunt enim eorum cutes terræ in toto siccæ similes, more testæ, vel petræ: Ex his potiùs habetur siccitas impedire prohibitionem pilorum, quam frigiditas, aut humiditas, quod est contrarium eius, quod ipse col ligit; At quod Galenus de Viperæ frigiditate dixit causa exempli, Aristotelem præceptorem est imitatus; Inquit enim Aristoteles: Viperæ, & cartilaginea non extra pariunt oua, quia frigida naturâ sunt, non calida, vt quidam volunt; Inferius addit, cute molli intecta generant oua; quæ enim caloris exigui vltimum exsiccare non potest eorum natura, quia igitur naturâ frigida sunt, molle generant: explicat verò totum animalium gradum in pariendo ordinem, hunc in modum. Perfecta concipiunt, & pariunt animal, quæ calida & humida sunt, nec terrena constant, quæ calidiora, & sic-

Marginal notes: c.21. t.5. t.6. lib.4. & cap.15. supra. d. 2.t.2.l.1. 3. de locis aff. vltim.c. — M. l. de ven. c. de 7. — 1. de gen. ani. c. 10. — 2. de gen. ani. c. 1.

ficciora ouum edunt, vt aues, quæ frigidiora intra se ouum, & animal pariunt, qua frigida ouum, qua humida animal: humor enim viuificus, & ficcitas longè à vita remota inquit, ita vt vniuersus naturæ ordo in animalium generatione hoc modo gradatim procedat, perfectiora animal perfectum intra se generant: secundo loco ouum generant, animal pariunt: tertio ouum perfectum generant, & edunt aues, & serpentes: quarto, ouum imperfectum pisces: quinto, vermen insecta, qui fit ouum, demùm animal. Additq; adhuc inferius: oua piscium cartilagineorum, est enim eadem & de viperarum ouis ratio, nam horum generationem sequuntur, molle cute integuntur, ideo differunt ab auium ouis, cùm enim aues sint calidiores, possunt exficcare, sed cartilagineorum, quorum sequuntur modum generandi viperæ cute molli operiantur, quod enim frigidiores, quàm aues sint, nequeunt partem circundantem indurare. Redigit autem quidam rationem Aristotelis ad formam syllogisticam hunc in modum: si viperæ calidæ essent, putamen quidem intus perfectè durum reddere potuissent, quemadmodum gallinæ faciunt, sed quia natura frigida sunt, ideò putamen molle remanet: Quo quidem in loco ostendit se parum vidisse, quæ ab Aristotele dicuntur de ouorum gallinarum putamine, cùm doceat Aristoteles falsum esse intus durum reddi gallinarum ouorum putamen, & quod durum reddatur tantum abest Aristoteles in calorem exficcantem referre, vt potiùs referat in frigiditatem indurantem euaporante calore insito. Hæc sunt Aristotelis verba: Incrementum ouorum fit hoc modo, membrana mollis est, quæ postremò fit testa, factum ouum adhuc molle, & molle exit, alioquin dolorem excitaret, egressum statim refrigeratum induratur euaporato humore quamprimum, qui exiguus inest, relictaq; portione terrena, sed vir bonus deceptus est existimans præcitatis locis, cùm loquitur Aristoteles de cute

co li. c. 4.

3. de gen. ani. c. 3.

3. de gen. ani. c. 2.

circun-

circundante oua auium,& piscium cartilagineorum,de putamine loqui,cùm re vera loquatur de cute,quæ infra putamen est,quæ in auibus est siccior propter caliditatem indurantem,quàm in cartilagineis,& viperarum ouis, non enim nomine cutis putamen Aristoteles appellaret, sed nomine testæ,& membranæ potiùs induratæ, vt proximo superiore loco,& alibi,sed nec validior ratio est, quam idem ex proprio promptam ingenio ostentat,cùm tamen eam ex Galeno, quamuis non satis erudite collegerit; nam (inquit) sicut cætera animalia in latibulis degentia frigida sunt, cùm vipera in latibulis degat,frigida esse debet, nec videt, ꝙ ipse accepit tanquàm certum in uniuersum sumptum falsum esse,ut ipsemet Princeps animaduertit. Inquit enim,non ualet,animal latet,ergo frigidum est, nam uespa (inquit) latet,quæ tamen calida est,& quamuis,quod objicit de vespa non accipiam,nam animal calidum est, quatenus sanguinem participat, quæ verò carent sanguine, qualia insecta sunt,inter quæ vespa recensetur,omnia frigida sunt Aristotelis testimonio,non valet tamen nexum,latet vipera, ergo est frigida, nam vrsus latet, & tamen non est frigidus, sed admodum calidus,& quamuis dixerit Galenus frigida animalia in latibulis degere,non tamen omnia dixit, sed indefinitè protulit,indefinitum verò pronunciatum æquè valet, ac singulare,non ac vt vniuersale,vt habetur ab Aristotele: nam Aristotelis de viperæ temperamento sententiam ante Galenum Plinius secutus est: Hæc sunt eius verba, serpentes cùm occasio est vinum præcipuè appetũt, cũ alioqui exiguo indigeant potu,eædem minimo, ac penè nullo cibo egent cùm adseruantur inclusæ, ideo nullum interit fame, aut siti venenatum; nam neque caloris vim habent, neque sanguinis,neque sudoris,quæ auiditatem naturalem sale augeant. Quæ verba videntur esse illamet Aristotelis, cùm inquit: Serpentes vini incontinentes sunt,proinde viperas

3. de loc. aff. c. vlt.

li. 4. l. 6 t. 3. c. 21. lib. 1. de hist. c. 15. & ver. li. 2. de fac. na. ar. 8. de histo. ani. c. 17.

l. 1. de inter. c. 6.

l. 10. c. 72.

l. 8. c. 4. de hist. an.

aliqui

aliqui vino cum fictilibus ad sepes dispositо venantur, ebriæ enim capiuntur. Verùm præter auctoritates adsunt rationes hoc idem affirmantes: Neminem enim latet stupidas ipsas esse, graues, & pigras, quod frigidæ, & humidæ temperiei est, auctore Galeno, & ratione ipsa, calor enim agilitatis, motus, & promptitudinis auctor est, pauco egent alimento, possunt enim dici sine cibo viuere, ut circulatores experiuntur, qui diù in quæstum uase inclusas retinent; Quo sequitur pauco calore præditas esse, & humiditate repletas, multus enim calor multum alimenti consumit, ideo animalia calidiora, ut equi, multum comedunt, sed ipsæ eo tempore propria humiditate nutriuntur: Præterea pauco sanguine sunt constitutæ, ideo pauco calore, calor namq; in sanguine existit, nam calidiora sanè sanguinea animalia carentibus sanguine, & inter sanguinea, quæ plus habent sanguinis. Quid aliud est senecta, quam Vere, & Autumno, si credibus Aristoteli exuunt, quàm quoddam excrementũ, quoddam Phlegma, quæ per porros exeuntia toti corpori obducuntur, quod argumento est, talem humorem in uiperis ualde prædominari. Quid plura? uel summa æstate tangentibus ipsas mira frigiditas percipitur. Sunt aliæ rationes, quas ut minus necessarias prætermittere volui, ne rei certissimæ rationum imbecillitate fides fortè adimatur: nam argumentari à frigore inuadente morsu uiperæ ictos, suspectam Auicennæ iure rationem hanc existimo; nam & propter caloris naturalis interitum à malefica ipsius qualitate id euenire potest, uel quod, ut ipse existimo, calor in se se recipiat, ut se ipso fortior effectus ad expellendum noxium, & inimicum sibi uirus insurgat, nec ex eo, quòd lateat frigiditas euinci potest, ut superius Vrsum opponebam temperamento calidum. Verùm quamuis Auicennas hoc loco rationes parũ sufficienter probantes uiperæ frigiditatem refellat, non uideo tamen quomodo aliqui uiri alioqui doctissimi colligãt

l. 8. de hist. ani. c. 18.

l. 4. t. 3. t. 3. c. 21.

M. l. 1. de ven.

ex

ex hoc loco ipſum aſſerere viperam eſſe calidam, nam cùm dicat, & eſt quidem cum eius natura eſt calida, & adiuuat tunc ſuam proprietatem natura ad reſoluendos ſpiritus, ſicut venenum viperarum, & napelli, ſicut frigidum venenum adiuuat ſuam proprietatem ad congelandum ſpiritum, ſicut venenum ſcorpionis, Auicenna non de tota vipera loquitur, ſed de veneno, quod proprietate ſubſtantię occidit tota ſubſtantia, verum cùm in eo ſint duo, & proprietas ſubſtantiæ, quæ occidit, & tempetamentum ipſius veneni, inquit naturam, ideſt temperamentum adiuuare proprietatem ipſius veneni, hoc temperamẽtũ calidum viperini veneni adiuuare proprietatem ipſius maleficam propria caliditate ſpiritus cordis diſſipando, quo ſit, vt deſertum à ſpiritibus cor, facilius à veneno occupetur, ſicut frigiditas veneni ſcorpionis, adiuuat proprietatem veneficam, congelando ſpiritus cordis, & immobiles reddendo: Quare non poſſunt à corde ipſum venenum auertere: verùm non valet connexum, venenum viperæ eſt calidum, ergo vipera eſt calida, non licet enim in parte totum præſertim æterogenium, uel potiùs ex excremento totum ita ſe habere colligere, nec licet venenum animalis partem nuncupari. Et quamuis addat Auicennas non eſſe longinquum, vt ſerpens cum caliditate ſuæ complexionis lateat, ne vincatur à contrarietate complexionis naturalis, cùm communis ratio latitandi ſit, vt inquit Ariſtot. vti ſibi contra exuperantiam temporis opitulentur, hoc non demonſtrat neceſſariò Auicennam huius fuiſſe ſen tentiæ, ſed eum hanc rationem ſolùm vt minus validam, refellere, latet uipera, ergo eſt frigida; nam inquit, non erit lõginquum, ideſt alienum à ratione ſi quis reſpondeat (rationem aduerſariorum diſſoluendo) latitat non quia frigida, vt vos infertis, ſed quia calida, ne eius naturalis temperiei caliditas ab aëris ambientis frigiditate vincatur, atque corrumpatur: Hocq; pacto oſtendit Princeps, quàm parum hæc ratio

tio ualeat, nec enim rationi consentaneum est Aristotelis discipulum Galeni interpretem contrariam vtriq; positionem sustinuisse: At quomodo cum Aristotele Galenum, vel potiùs Galenum cum Galeno conciliabimus? nec enim credo illorum conciliationem admittent, qui hyeme viperam frigidam esse, æstate calidam dicunt; nam si eam vel media æstate tetigissent, frigidam reperissent. Prçterea Philosophus nulla habita ratione temporis, natura, inquit, esse frigidam, multò minus alterius cuiusdam commentum, qui natura quidem frigidam esse ait, sed innatum calorem ab externo adiuuari, eoq; pacto calidam fieri, eodem pariter modo eiusdem venenum frigidum calidum euadere: Nec videt vir acutus omnia hac ratione calida esse posse. Adde, cùm Galenus dixerit calidam esse, nullam caloris externi, aut solis mentionem fecisse, quomodo verò vir ingeniosus, & in optimis authoribus versatus dixerit, uenenum viperæ esse frigidum, nec satis scio, nec coniectare possum; cùm Auicenna eodem superiori loco claris verbis hoc erratum castiget, symptomata calidum esse comprobent, præsertim mortis celeritas, quæ tanta non est à frigido, nisi multo ore sumpto, hic si Amatum veritatis amatorem credidisset, hoc non protulisset; hic enim prima centuria fontem esse Nursiæ enarrat parum à Foligno distans, in quem si quis partem demorsam mergat, hora liberatur: huncq; effectum in solam fontis frigiditatem veneni caliditatem extinguētem reijcit. Dicerem igitur ad concordiam redeundo, viperas ex varijs diuersæ temperiei partibus conflatas esse, & præter venenum calidū uesicula, uel omninò certo quodam loco contentum alijs calidis, & tenuibus frigidis, alijs ualde humidis calidiores partes in se ipsis coërcentibus, ipsarumque acumen contundentibus constare. Propterea si totum corpus æstimemus sanè à prædominante elemento, frigidum, & humidum cum Aristotele dicemus: Si accidentia ex

contra V.P.

D morsu

morsu aspiciamus, uenenum calidum esse prædicabimus; quod cùm sub cane magis æstuet, fit, ut uiperæ magis furiãt. Galen. uerò cùm uiperas calidas dixerit, uel eius carnes excalefacere, & exsiccare, hoc asseruit ubi conditę sunt cum anetho, sale, oleo, & porro, quæ omnia uirtute calefaciendi, attenuandi, & incidendi pollent. Siquidem his tollitur uiscididitas, & humiditas, quæ partes tenuiores, calidioresq; coarctatas detinent, factumq; tunc est, ut carnes excalefaciãt, & attenuent, sicuti & uinum, in quo uipera demersa fuerit; elegit enim è uipera partes tenuiores, quæ uim calefaciendi, aperiendi, & per cutim euacuandi habent; quòd Dispade icti siti laborent certum est, sed est alia hæc uiperæ species, uel alterius ratione loci qualitatis, quàm sit uipera, quæ Theriacam ingreditur.

Gal. 1. de Sym. c. 7. & 11. de simpt. f. c. 1. A. l. 4. c. 6. c. 3. c. 38.

## *Trium è dictis Gal. de vipera contradictionum allata concordia. Cap. IX.*



c. 9. c. 8. QVOD attinet ad ea Galeni dicta de vipera, quæ inuicem pugnare videntur, re vera pugnantia non sunt, nam quamuis dicat libello ad Pisonẽ viperas principio Veris esse capiendas, & primo de antidothis Veris fine, vel Æstatis principio, dicatq; eisdem in locis caput, & caudam esse abijciendam, quia venenosæ partes sunt duræ, & excarnes, secutus Democriti opinionem canentis:

*Infert nam sæuos hinc, atque hinc Vipera morsus,*
*Et squammis cauda dira venena tegit.*

c. 3. Quod oppugnat eo, quod dicitur vndecimo de simp. med. facul. à ratione alienum esse caudam abijcere, quæ venenosa non est, præsertim cùm excrementa cum intestinis abijciantur, & quamuis viperam modò calidam, & siccam, modò

dò frigidam, & humidam dixerit, nulla tamen adest controuersia, vt superius dictum fuit, ratione diuersarum partium, modò enim frigida, & humida, modò calida, & sicca præsertim ratione veneni nuncupatur vipera; sicut etiam pro varia ratione locorum, & temporis constitutione, principio Veris, & fine, sicq; etiam principio ęstatis capi possunt: si ver namq; ęstuosum valde fuerit loci natura, vt in orientali plaga, vel temporum constitutione, vt in ortu pleiadum calidius, principio veris capiendæ; Si verò hyemali constitutione vel in regione frigidiori, vt nostra est, quæ licet temperata ab Astronomis dicatur, perflant quandoq; venti, maximè in collibus Euganeis, qui aërem ad frigiditatem sæpissimè alterant, fine ueris, vel principio ęstatis venentur; cùm uerò dixerit caudam abijciendam, non absolutè id procedit, sed inquit (uidetur cauda abijcienda) quasi non ex propria sententia id, sed aliorum protulerit, existimantium, uenenũ cauda etiam contineri, quod falsum esse postea ipse comperijt, abijcitur uerò & nunc, ut admodum excarnis, cùm non sit modò magna uiperarum, ut fortè illis temporibus caritas.

## *De modo, quo Scyllini pastilli fuere confecti, ac inter Auicennam, & Mesuem apparentis cõtradictionis solutio. Cap. X.*



PAVCIS post diebus rursus inuitato Collegio pro Trochiscis scyllinis, hædijchroisq; conficiendis, ob oculos proposita fuit scyllarum non exigua quantitas, quarum frequens iam apud nos numerus, ac usus nullum ampliùs timori ne quid uenenosi in se contineant, locum reliquere, cùmq; duo scyllarum genera à Plinio recenseantur, altera medica,

Mes. c. 1. de elec. mul.

l. 19. c. 8.

In l.d.plt. esculenta altera, quæ cępa minus acria, vt Galenus affirmat in Cephalonia, Cretaq; insula vulgò comedi accepimus. Medicarum rursus altera, masculus quæ nuncupatur, albis folijs crassitudine aloem æmulātibus, quamuis tenuioribus,
C. de Dio. Aloe. ut Dioscorides innuit in Hispaniarum maritimis frequens, est longè acrior, ac maior altera, quæ fœmina dicitur, nigris folijs, quam eandem esse cum Dioscoridis Pancratio, & quã
l. 27. Plinius de Pancratio agens scyllam pusillam appellari dicit, rationi consentaneum videtur, hancq; nos, sicut maiores nostri pro trochiscis conficiendis accepimus, vt quę ean-
Gal. l. de Anthi. Aui. l. 5. c. primo. Mes. primo can. vni. c. 1. dem vim, quam masculus, remissiorem tamen, ob idq; minore egentem castigatione accepimus, selectæq; scyllæ ex multitudine fuere, quæ laminas haberēt densas, albissimas, & præ cæteris eiusdem magnitudinis leuiores, quæ extraneo humido repletæ non essent, secuti in hoc Mesues auctoritatem, cui nequaquã cõtra Auicennã his verbis dicere existi-
Pli. l. 20. cap. 9. 2. can. vni. ca. 1. l. 5. c. 1. idẽ Gal. de ther. c. 13. & 1. de Anth. c. 9. mo. Eligatur de squillis humidis illa, quæ est grauior, & non magna: nam per humidam Auicennas non siccam, idest recentem intelligit, non eam, quæ excrementitio humore referta: per grauem verò, quæ laminas benè condensatas haberet; grauitas enim ex partium condensatione effici solet. Has igitur fermento, quod idem contra uenenũ ualet, circundatas, non luto corruptionem inducente in clybano exactè adeò Seplasiarij concoxere, ut festucam leuiter impulsam admitterent, cùm vt earum reprimeretur acuitas, tùm ut humiditate maturiore effecta diũ seruarentur; internam uero earum carnem quinta ponderis parte farinã erui albam exactè cribratam superantem, quæ & ipsa contra uenenum ualet, in orbiculos redigere, eademq; diligentia, qua & uiperinos pastillos exsiccarunt, utq; eiusdem Berthioli perspecta esset in omni re diligentia, erui fasciculos siliquis refertos omnibus notis Dioscoridis eruo respondentis in medium tulere; nam & parui fructices, non

qui-

quidem vulgò nostra regione, nostra vt Dioscoridis tempestate noti, semina alba in valuulis, rotundaq; habent, stricta, inter granum siliqua, folijs paruis longiusculis præditi sunt, floribus paruis purpurescentibus; licuit enim & florescentes videre, cùm egregij viri quotannis eos in vsum medicum ferant.

## *De Hedychrois pastillis. Cap. XI.*



VM scyllis, & eruis eadem tabula, spatio tamen districta longa series rerum hedychroos pastillos conficientium procedebat, quarum Galen. præscriptio præmissa erat, eiusdem carminibus è græco in latinum ita translatis.

*Magma, quod Hedychroum læto dixere colore,*
*Aspalathi drachmis, Asariq; Mariq; duabus*
*Constat: nec plures attollit Amaracus illis.*
*Tres Calamus, latè suaues qui spargit odores.*
*Tresq; Arabum passim, qui creuit Iuncus in aruis:*
*Tres Costum redolens, tres toto cognita Ponto*
*Phu: quibus æquale fragrantia Cinnama pondus,*
*Et lachrymæ, & sarmenta dabunt, quæ Balsamus edit;*
*Rursus sex Folium drachmas, sex Indica Nardus,*
*Sex Casiæ calami, sex Myrrhæ gutta leuabit,*
*Sexq; Croci flores: bis sex attollet Amomum.*
*Mastiche solidam tantum trahet vltima drachmam,*
*Omnia tu vino simul hæc coniunge falerno.*

## *De Aspalatho. Cap. XII.*



RAT igitur primus ordine verus Aspalathus primæ Dioscoridis speciei surculosi speciem præ se ferens, cùm tortuosus esset, spinarumq; in ipso vera vestigia apparebant, rubescens detracto cortice, magis tamen ad nigredinem

uergens,

vergens,cum eodem iam diu exutus fuerit, densus, grauis, erat odoratu gratus,gustatu amarus,in aqua demersus fundum petens,acris.Deniq; comitabatur & Aspalathus secundæ Dioscoridis speciei candidus,lignosus,sine odore, rarus, & in aquam proiectus supernatans: deterior qui verè magis primam Plinij speciem referebat: hic enim re vera castoreum redolebat: si quidem nihil repugnare videtur, quin hæc prima Plinij species, sit Dioscoridis secunda; & versa vice. Nam Plinius inquit est spina candida,& probatio inquit est in colore ruffo,vel igneo non externæ partis: nam si est spina candida,non est igneus,sed cutera, quod cor dicitur: habet enim internam partem similis coloris ligni Guaiaci interne,eadem ratione colore internam ab externa parte circumscriptam. Nec minus veniunt audiendi, qui Santalum rubrum legitimum Aspalathum esse contendunt,cùm Santalorum insignis proceritatis syluas Columbus, & alij Occidentalium plagarum exploratores vidisse in illis regionibus monumentis mandatum reliquerit: At Dioscoridis testimonio,Aspalathus est frutex; si quis autem animo bene pacato qualitates tàm primas, quàm secundas legitimi Dioscoridis Aspalathi,& illas à Plinio suo primo ascriptas pensitabit,vtique ex diametro omnes contrarias inueniet. Tradit namq; Dioscorides legitimum Aspalathum esse fruticem surculosum,numerosis, acutisque admodum spinis armatum: Plinius suum modò spinã, modò arborem appellat. Germanus Aspalathus detracto cortice rubescit, vel ad colorem purpureum vergit,licèt temporis tractu nigredinem acquirat; spurius candescit: Verus est grauis, densus,odoratu gratus,quod experimentum testatur,auctoritas corroborat, ratio comprobat. Eruditissimus enim rei herbariæ noster Berthiolus me præsente super carbones cãdentes portionem illius proiecit,statimq; rasinosam lachrimam cępit emittere,& ita suauem odorem spirare, vt Agallocum

locum æmularetur. Milleq; in locis Dioscorides, & alij vtuntur hac voce, odoratus, pro re odorifera benè olente; Vnde certò asserendum est, cùm Dioscorides simpliciter proferat Aspalathum esse odoratum, nos debere intelligere de grato, & non graui Aspalathi odore, extat locus insignis in secundo libro Dioscoridis cap. 69. circa medium. Adipibus spissamenta sic fiunt (quemcunque acceperis, oportet, vt recens tundatur) syncerus, & sanguinis expers adeps, reliquas habens notas, quas sæpe retulimus, in ollam nouam demittitur, infuso vino albo, vetere, odorato, quod semipedis altitudinem superet: Lento igni ferueſcat, dum vernaculus odor aboleatur, planeq; vinum redoleat. At vbi deposito vase refrixit, duæ adipis minæ in ollam mittuntur, & duo vini eiusdem sextarij, & seminis loti, eius inquam, cuius è ligno ludicræ tibiæ factitantur, tusi minæ quatuor adijciuntur: lento igni subinde miscendo decoquuntur: cùmq; odoris virus euanuerit, excolatusq; adeps refrixerit, vnà contusi aspalathi mina, cum amaracini floris minis quatuor, & vetere vino subigitur. Nocte vna hæc odorem rapiunt, combibuntue: postridie in fictilem ollam tricongialem ea omnia cum adipe iniecta, additis sextarijs tribus vini, vnà feruescũt, quousque & vim, & odorem spissamentorum adeps ipse cõtraxerit: qui eliquescens colatur, & reponitur. Quòd si maiorem odoris fragrantiam efflagites, drachmas octo, quàm pinguissimæ myrrhæ vino maceratæ, quod multos in annos asseruatum est, misceto. & quæ sequuntur. Hic certè locus luce meridiana clarior gratissimum, & iucundissimum Aspalathi odorem arguit. Supersunt rationes duæ, prima est, loco Aspalathi succedit Xiloaloes; at Galeni testimonio libro de substitutis succedaneorum talis esse debet natura, vt adamussim, si fieri potest, rei deficientis naturam sufficiant; Quàm verò suauis, & iucundi odoris sit Xiloaloes, oẽs norunt: Altera ratio est, quòd in primo libro Dioscorides

agit

agit consultò de aromaticis, & ad Theriacam spectantibus simplicibus, odoremq; gratum spirantibus, in quorum serie Aspalathum reponit. quæ noctua itaq; cœcutiret, vt ex hoc loco optimè non argueret Aspalathum debere esse boni, & iucundi odoris, nec redolere Castoreum, vt facit Plinianus: legitimus Aspalathus in aquam proiectus, lapidis modo, cōfestim præceps descendit; alter vti Vlmi galla leuiter supernatat, carēs omni densitate: Verus est amarus: illegittimus omnis saporis est expers: Iure igitur accuratissimus Antonius Berthiolus hunc ad Theriacam, & Mithridatium conficiendum selegit, & doctissimum nostrorum patrum Collegium prudenter approbauit: Quod autem Rhodium lignum sit noster Aspalathus primus Dioscorides hoc attestatur, qui in insula Rhodio nasci tradit, Ruellius, & cum eo Anguillarius, & postremò Marcus Oddus viri de simpliciū medicina benemeriti validissimis rationibus hoc confirmant: Garriat, & oblatret quicquid velit Matthiolus, qui ita perbelle à Marco Oddo in capite de Aspalatho cōuincitur, vt nullus defēsionis ei locus relinquatur; Omnes enim qualitates superius à me de vero Aspalatho descriptas ita ad vnguem in Rhodio Oleastro inueniuntur, vt certè Dioscorides præ oculis habuisse illum videatur, quando notas ueri Aspalathi delineauit. Qui rem fusius pertractatā uidere cupit, Oddum in capite de Aspalatho adeat.

## *De Maro, & Amaraco.* Cap. XIII.



POST Asarum, quod ut notum silentio præterimus, Marum, & Amaracus sequebantur, quę duæ plantæ reuera differunt. Est enim uerum Marum folijs tenuioribus, longiusculis, floribus racematim productis, sed Amaraci magis albescentibus, & minus longis, globulos potiùs plures coacervatos

ceruatos ordine referente suauius olet: est verò Amaracus racemosa herba bene olens, folijs similibus calaminthæ, tenuioribus tamen, hirsutis, & rotundis, vixq; excalefacit, habet flores instar Aristæ racematim simul productos: In summa ramorum cuspide, videnturq; digituli parui purpurescentes, representatq; flos florem Origani.

## *De Calamo odorato. Cap. XIV.*

PRo calamo odorato communis calami, cuius in singulis fermè Europæ Pharmacopæis frequens est vsus, radicem tanquàm legitimi, & genuini calami germanam partem accepim⁹, cùm noster hic calamus notis, & qualitatibus singulis ad vnguem conformetur, vero calamo attributis; posthabita namq; in præsentiarum huius quæstionis examinādæ occasione, quam clarissimus Lusitanus, doctissimus Brasauola, & Maranta validissimis rationibus explicuerunt, nostramq; sententiam comprobarunt. Si quis accuratiùs verba textus Dioscoridis expenderit, proculdubio ipsum de radice loqui, & non de calamo intelliget. Quod clarius textus Serapionis fidelissimi Dioscoridis interpretis nobis ostēdit; Sic enim ait, Calamus Aromaticus (Dioscoridis) nascitur in India, & melior ex eo est, cuius color est sicut hyacinthus, & habet nodos spissos, & quando contunditur, habet in se nec uositates; statim subdit: & cāna eius est plena cuiusdam rei similis texturæ araneæ, cuius color est albus, & viscidæ substantiæ. Quæ certè vltima verba relationem ad radicē demonstrant; Nam cùm dicit [ canna eius ] quid importat illa particula [ eius ] nisi radicis? Loquitur igitur prius de radice, deinde de calamo, seu canna meminit tanquàm de ignobiliori, & imperfectiori parte, & quæ dependentiam radici acceptam referat; Hanc rem verba intimiùs perpensa

dilucidant; nam textus ait, crebris geniculis diſtinctus eſt calamus. Hæc verba radici competunt, quæ vt videre eſt geniculos ſpiſſos habet: canna autem nodis, ac longis interſtitijs potiùs eſt interſtincta: nec valet fucata Matthioli ratio contra Fuxium, & alios, quod nunquàm fuerit reperta, vel in noſtris regionibus aducta hæc radix, cui vti calami principium annexum viſum ſit: Si enim eſt calamus, vt omnibus eſt in confeſſo, vtiq; generabit cannam cæteris ſimilem ſibi connexam. Hæc certè eſt friuola ratio: nam mercatores, qui ex remotis regionibus peregrina hæc ſimplicia aſportãt, quæ potiùs merci oneri, nullius vero ſunt futura vtilitatis, ingenioſè amputant; Non deſunt tamen viri fide digni, qui Calamum natiuæ radici coniunctum vidiſſe affirmant. Quod verò opponit folia communis calami folijs Iridis eſſe ſimilia, nihil eſt, cum & cęterorum Calamorum folia è radice naſcentia, & adhuc parua ab Iridis folijs parum diſtant, Vnde poſt Iridem de Calamis agit Dioſcorides. Plinius ipſe lib. 24. cap. 11. doctiſſimis verbis aſſerit ex omni cannarum genere, quæ ſunt viginti nouem, ſemper eligendam eſſe radicem, tanquàm perfectiſſimam partem; dum enim calami odorati in medicina vſus, & commoda recenſet, inquit: efficaciſſima autem in omni harundine, quæ proxima radici, efficacia & genicula, per quæ verba manifeſtè percipitur, quod ex omni calamo radix efficacior eſt. In hanc eandem ſententiam ſolertiſſimus Maranta pedibus, & manibus venit, præſertim in deſcriptione Trochiſcorum Hedychroorum Seplaſiarios omnes admonet ex calamo radicem accipiendam, quod Bononiæ obſeruatum in conficienda Theriaca in capite de Calamo aromatico atteſtatur. Quid adhuc egemus teſtibus? non ſolùm, vt dixi, de hac exotica, & prætioſa radice hoc aſſerendum eſt, ſed de omni cannarum genere radix in opus Medicum trahenda eſt, prætermiſſo Calamo, acutiſſimi Meſues exemplo, qui in cerato Diapalma

ma conflando ipſius palmæ defectu communium cannarũ, ex quibus mulierum enſes fiunt ad nendum deſtinati, radicem ſubrogat: Addi poteſt Auicennæ auctoritas cap. 154. lib. 1. tract. 2. de ſimplicibus per hæc verba, Calamus aromaticus melior eſt hyacintini coloris, propinquos habens nodos, qui in plurima frangitur fruſta villoſa, & cuius canna eſt plena re ſimili telæ araneæ: perpendenda ſunt illa verba [cuius canna] nam habent relationem, vt ſuperius diximus, ad radicem. Sed vt aliquid etiam de odore, & de nomine attingamus; ſciendum eſt nõnullos ex neotericis fuiſſe, qui non veriti ſunt in dubium trahere, grauis nè, an grati odoris eſse calamus debeat, & quoſdam recentiorum, inter quos Garzias ab Horto Luſitanus, in ſuo de orientalis Indiæ aromatibus libro, capite de calamo, Chriſtophorus Acoſta Aphricanus in capite pariter de calamo, & Frater Euangeliſta Quattramius Vgubienſis in libro de theriaca non appellandum eſſe odoratum, ſed aromaticum potiùs contendunt, negantes omninò pro aromatico aliud quàm drogatum intelligendum. Quam quidem opinionem, cùm & nominis ethimologiæ, & auctoritatibus, & rationi refragetur, reſpuẽdam penitùs cenſeo, communemq; retinendam, quæ prædictis fundamentis innititur, & ferè ſenſibus patet. Quid aliud enim (ſi ethimologiam inſpicimus) ſonat apud Græcos ἄρωμα, quàm quod odoramentum apud latinos? odoramenti verò appellatione nunq̃ veniunt graucolentia, nec maleolẽtia, cùm ſemper & verbum, & nomen accipiatur in bonam partem, teſtibus lippis, & tonſoribus ipſis. Auctores verò primæ, & ſecundæ claſſis idem ſentire tàm de odore, quàm de nomine, pro eodemq; ab ipſis haberi odoratum, & aromaticum, nõ autem aromaticum appellari ab illorum quoquàm drogatum, & nominis huius nouitas ipſis ignota, & frequentia illius in ſcriptis Dioſcoridis, & Matthioli cum eo, nec non in libris Theophraſti, Plinij, & Galeni, cuius me-

diocriter erudito facillimè ostendunt, clariusq; demonstrãt, quàm vt loca ipsa in medium afferri alicuius sit operis; nisi lectorem (nè longiùs vaget) ad auctoritates in hoc ipso libello citatas transmittamus. Galeni Interprete in præscripto exametro sic dicente.

„ *Tres calamus latè suaues qui spargit odores.*

Et Democriti Interprete in postscripto senario sic canente.

„ *Odorati calami drachmæ sint nouem.*

Nàm de Synonimia illud meminisse ad ipsorum ruborem sat fuerit.

„ *Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi.*

Quòad rationem autem. quicunq; nouerit odoramẽtorum, & odoratorum simplicium facultatem, & cur calamus iste, & ad quid theriacam ingrediatur, illum quoq; & aromaticum, & odoratum esse, & grati odoris requiri; & idem odoratum, & aromaticum apud probatos scriptores intelligendum, & nobis eligendum, & nomen drogati tanquàm an alphabetis iuris proprium eliminandum, nouerit.

Restat vltimò illorum opinionem dissipare, qui pro legitimo Calamo ligni quodam genus inuehere conãtur, quod potiùs scabiosæ formam præsefert; Hoc enim ligni genus habet nodos non spissos, nec geniculos crebros, vt de Calamo legitur, sed quibusdam interstitijs ita distinguitur, vt sambuci arborei ramuncula æmuletur, internum etiam meditullium sambuco simillimum retinet, cuiuscunq; odoris, & acrimoniæ expers: quorum vice insigni potiùs amarore præditus est, absinthio ferè non infimus, quæ nota à Dioscoride suo Calamo non attribuitur, ita vt si species calami danda est, omnium erit abiectissima.



De

## *De Iunco. Cap. XV.*

X Iunco accepimus partem odore magis insignem Galeni precepto, hoc est vineum admodum tenuem, & albicantem, non Calamum, nec flores; neq; Schinanti nomen nostræ electioni obest; nam eo nomine tota planta, non solus flos solita nuncupari, eundemq; Bononiæ in Theriacam omnium Medicorum consensu recipi vidi.

## *De Costo, & Phu. Cap. XVI.*

X duabus germani Costi speciebus, Indico scilicet, ac Arabico, Dioscoridis, & Galeni qualitatibus, & notis insignitis, Indicum accepimus, vt viuidius, minus corruptum, magis recens, idoneumq; posthabito Arabico antiquo, ac inualido, cùm temporis iniuria aliquid incommodi uideretur perpessum fuisse. Maius Phu aderat odore præstantissimũ, Patauio ab amicis rei herbariæ studiosis, anxio in hisce perquirendis Berthiolo transmissum.

## *De Opobalsamo. Cap. XVII.*

NIMVERO in postremæ Theriacæ, ac Mithridatij omnibus absoluta numeris cõfectione, post fata Excell. Euoli, anno 1584. concelebrata ornatissimo illo, ut oẽs & ciues, & exteri, qui tunc in ciuitate aderant viderint, apparatu legitimum Opobalsamum ex Orientali plaga aduectum immiscuit solertissimus Antonius Berthiolus; clarissimorũ namq; Medicorum examine, ac periculis uarijs tentatum,

omnes genuini Ægyptiorum Opobalsami notas satis perspicuas edidit, vt certissimum attulit testimonium libellus editus anno 1596. in huius operis calce statim annectendus, qui doctissimorum Medicorum, ac de re herbaria optimè meritorum firmissimam de hac re attestationem continet, ac celeberrimi Veronensis Collegij oculatam fidem attestatur; Quinimò egregius Berthiolus sincerum ac Germanum Xilobalsamum, & Carpobalsamum, quorum copia nõ exigua apud ipsum adseruabatur in vsum Theriacæ, & Mithridatij trahere potuisset, ingenuo tamen suffusus pudore vtrunq; temporis tractu aliquid vitij cùm contraxisset posthabuit, ac loco ligni Balsami Agallocum densum, odoriferum, recens, vice fructus cubebas substituit, innixus valida Marantæ, ac aliorum doctissimorum virorum auctoritate; Nec rationes, quibus acutissimus Oddus contra Marantam inuehitur, quidquã pensi, vel negotij nobis facescunt; nam vulgares Cubebæ, an veræ Arabum cubebæ, ac Græcorum sint Carpesium in illo capite nõ disputatur, docet duntaxat Maranta cubebas communes, & ex his præstantiores; ideo idoneum Carpobalsami esse posse succedaneum, quoniam ex odore, ac sapore euidentem habent inuicem simpathyã, ac mutuum symbolum, atque propriam sententiam sapientissimi Bononiẽsis, ac Patauini Consessus corroborat auctoritate, qui similiter pro Carpobalsamo cubebas supposuerunt. Insuper pro Maranta, ac pro nostro Berthiolo addi potest hæc non friuola ratio; si nucis Myristicæ oleum pro Opobalsamo succedere non debet, quoniam de facili corrumpitur, & rancescit: similiter nec ipsa Nux vnguentaria pro Cubebis est substituenda, cùm orta de principijs attestentur, nec tanta sit inter ipsam, ac Carpobalsamum naturæ similitudo, vt est cum Cubebis.

## De Cassia, & Cinnamomo. Cap. XVIII.



PTIMVM Cinnamomum, omnibusq; legitimi Cinnamomi notis conspicuum selectum fuit; Necnon pro Cassia lignea tantundẽ Cinnamomi quantum Andromachi iubet descriptio, acceptum fuit: Placuit namq; Garziæ ab Horto Lusitano, atq; Christophoro Acostæ Aphricano egregijs viris fidem adhibere; qui inter Cinnamomum, & Cassiam, quam vulgus Canellam appellat, nihil ponunt discriminis; rem enim, ut oculis testes oculati perspexere, litteris mandarunt, quibus firmius credendum venit, quàm priscis auctoribus, qui quæ scriptis tradidere, ex auditu, non ex visu docuere.

## De Folio. Cap. XIX.



DFVIT verum folium, quod Garzia Malabathrum appellat, Plebecula Trineruiam dicit, omnibus conditionibus respondens Folio, ab Acosta, & Garzia descripto, quod in Orientali plaga vidisse attestantur. Hinc illorum manifestus patet error, qui pro Malabathro Macim supponunt, cùm temperamento, odore, colore, ac figura, demum origine toto cœlo inter se discrepent.

## De Amomo. Cap. XX.



N tanta grauissimorum virorum de uero Amomo discordia, placuit acutissimo Berthiolo Cariophylla cum suis racemis vniuerso Medicorum consessu applaudente sufficere, vt quæ omnibus notis Amomo attributis respondeant

magis,

magis,quàm Acorus,vel Galanga crassa. Est namq; Amomus fructus cum racemis vuæ similis: at Cariophylla (teste Paulo) dicuntur quasi nucefolia, uel flores cuiusdam festucaceæ arboris,& nigræ longitudine policari, odoris aromatici acris, & subamari, calidi, & sicci ferme ordine tertio: Ideoq; si pro fructu racemoso,fructus cum ramulis suppositus fuit,in primis qualitatibus præsertim æqualis,quid absurdi fuit? prætermissis illis succedaneis,quæ nihil, aut parum Amomi defectum instaurarēt, quorum sylua apud Scriptores extat,ut est pes columbinus,qui Geranij potiùs speciem refert tantum abest,ut sit uerum Amomum. Nec minus aberrant illi,qui plantam illam ad nos ex Hierico deferunt, quam Rosam Sanctæ Mariæ appellant; hoc enim apparet ex dictis falsissimum esse,cùm hæc fructum non edat similem, nec spiret suauem odorem,nec acri sapore sit prædita, ut in Amomo singula reperiri à ueteribus pronunciatum est. Mitto Anguillariæ errorem, qui asserit hac nostra tempestate in Regno Benin, Congiq; quoddam piperis reperiri genus,quod Lusitani Pimenta del Rabo nominant; Cautū autem esse,ne id Vlisiponam comportetur, cùm pro pipere Mauritanico venundetur: Tale autèm Amomum esse: quā verò ille vir plantarum studiosus decipiatur, qui Matthiolū, & post ipsum Marcum Oddum in capite de Amomo perlegerint,facillimè intelligent.

## *De Cyphis pastillis.* *Cap. XXI.*



VT omnia haberentur in promptu ad tantas anthidotos conficiendas, Cyphos pastillos multo ante coram Medicorum collegio,ne præsertim vuæ passæ præ nimio æstu acescerent,condidere,proposita eorundem à Democrito præscriptione hac, quam ordine rerum copia sequebatur.

*Albam*

*Albam passam capis vuam pinguissimam,*
*Et corticem, semenq; totum huic eximis,*
*Carnem ipsius præ leuigatam insigniter,*
*Bis duodecim constituunt drachmis atticis,*
*Terebinthinæ crematæ ponunt totidem,*
*Myrrhaq; duodecim, cinnamomi quattuor;*
*Iunci rotundi duodecim, vnam sed Croci,*
*At vnguium Bdellij tres, Aspalathi duas;*
*Semis spicæ Nardi tres, Casiæ tres bonæ,*
*Et Cyperi tres, necnon & pinguium*
*Et grandium baccarum Iuniperi sint tres,*
*Odorati Calami drachmæ sint nouem,*
*Mellis modicum, Vini pauxillum quoque.*

Sed cùm omnia præter vuam passam pinguem, dulcem, grandem, Cyperum, Iuniperiq; baccas, & Terebinthum (Dioscoridis præscripto) vstum, accepta iam fuerint in pastillos Hedychroos, de his sigillatim agere superuacaneum duxi, sicuti & de reliquis Theriacæ, Mithridatiq; simplicibus rebus omnibus claris, comparatuq; facilibus, horum tamen omnia proprijs præscriptionibus, quas nunc subnectã, comprehendam; quæ omnia præstantissima fuisse non solùm ipse, sed totum Medicorum Collegium, omnes Pharmacopœi, tota Ciuitas fidem facere possunt; cùm publicè omnia in platea eleganti exornatu per tres ipsos dies proposita fuerint proprio ordine, infixo vnicuiq; rei nomine.



*IS igit (idest Scyllinis pastillis) lacè primo cumulabis & octo,*
*Bisq; decem drachmas accipe, bisq; decem.*
*Dimidium superadde, rote quam Vipera fecit,*
*Et piperis longi sit quoque pondus idem.*
*Sitq; Opij tantum, tantum medicaminis eius,*
*Quod grati nomen magma coloris habet.*
*Inde quater ternas mutato pondere drachmas,*
*Iridis & siccæ protinus adde Rosæ.*
*Addaturq; tui radix dulcissima succi,*

*Et dulcis tantus seminis inde Napi.*
*Scordion iungas, & odoribus inclyta semper*
*Balsama, qui syrio mittitur orbe liquor.*
*Tum quæ suspendas æquata cinnama lance*
*Conijce, & Agarici par quoque pondus eat.*
*Hinc superest Myrrham, Costumq; speeuq; reuulsum.*
*Corycio, fragrans imposuisse crocum.*
*Et casiæ calamos, & quam tulit India Nardum*
*Teq; Arabi Schœnum gloria primi soli.*
*Inde nigrum coniunge piper, thurisq; nitorem*
*Diuite, quod felix rure Sabæus alit.*
*Nec tu dictamnum, nec tu quoq; pontica rheon*
*Defueris Stœcas, marrubiumq; virens.*
*Atque Apium petris quod nasceris, & Calaminthe,*
*Afraq; cum lachrimis, ò Terebinthe tuis.*
*Et folijs gramen quinis, & Zingiber ardens:*
*Singula, sed drachmas sex tibi quæque trahant.*
*His etiam polium drachmis se quatuor addet,*
*Addet se polio proxima pinus humi.*
*Cumq; racemifero celtarum nardus Amomo,*
*Et Stiracis lentor, feruidaq; herba meon:*
*Atque humilis quercus semen, Pontoque petita*
*Phu, quibus accedet lemnia terra comes.*
*Necnon Malabathri folium miscebis, & assam*
*Chalcitim, fibras, gentiadasq; simul.*
*Inde tenax gummi, pressaq; hypocistide succus.*
*Adsit, & hinc fructus Balsame parua tui.*
*His etiam anisum, seselimq; bis iungere mollem,*
*His cardamomum, fœniculumq; velis.*
*Atque atram lachrimam Nili, quem Spina remittit,*
*Quæq; suo thlaspis semine nomen habet.*
*Hypericon rursum, pallens miscebis, & ammin,*
*Nec drachmis totidem plus sagapenus eat.*
*Pondere dimidio tum quos sibi castor ad Istrum*
*Ore secat, testes imposuisse decet.*
*Quis nec Aristolochi radix, siccumq; bitumen,*
*Candida nec desint semina dauce tua.*
*Denique cum panacis succum, centaurion atque*

*Addi-*

*Addideris, finem Chalbanus ipsa dabit,*
*Antiquo primum solues. tamen omnia vino,*
*Humida quæ fuerint, vt liquor, & lachrimæ.*
*Tùm quæ sicca vides postquam contusa minutim;*
*Cecropio pariter iungere melle velis.*

## Mithridati ex Democrito, descriptio.



YRRHAE *Arabicæ Trogloditicæ drachmas decem,*
*Croci decem, Agarici decem, Zingiberis decem.*
*Cinnamomi decem, spicæ Nardi decem,*
*Thuris decem, & item Thlaspis decem.*
*At seselis, & succi balsami, & iunci odorati*
*Stœcadis, Costi, Galbani, Terebinthinæ,*
*Piperis longi, ac castorij pontici.*
*Succi hypocisthidis, & styracis bonæ,*
*Opopanacis, & folij malabathri recentis.*
*Pares singulorum bis quatuor drachmas capit.*
*Casiæ vero nigræ septem, polij septem,*
*Piperis albi septem, & scordij tantundem;*
*Cretici tamen, & seminis Dauci tantum:*
*His pendet fructus Balsami drachmas pares:*
*Aequale pondus cyphi prædictis dabit,*
*Sunt qui par velint Bdelium adijcere*
*Hinc Nardi celtici repurgate, & gummi,*
*Et petroselini, & Opij (meconium quod vocant)*
*Et cardamomi, & seminum fœniculi,*
*Et gentianæ, & foliorum rosæ,*
*Drachmas imponunt singulorum quinas:*
*Parumper tamen descendat lanx propensius.*
*Pendat Dictamnum Creticum tantundem.*
*Rursus Anisi, & tres Arij, &*
*Acoriq;, Phuq;, Sagapeniq; tres:*
*Meique Athamantici, & Acaciæ;*
*Et ventris Scinci, & seminum Hyperici,*
*Singula drachmas hæc pendant duas semis.*
*Vini, & mellis adde quantum est satis.*
*Satis est quantum hæc iungas simul.*

## *De Opio, succo Liquiritiæ, & Dictamno. Cap. XXII.*

INTER hæc Opium Tebaicum ex lachryma omnium Medicorum oculos ad se trahebat, pingue illud redolens succum Papaueris recentis; succus Glycyrrhizæ erat optimus ab eisdem Pharmacopæis expressus: Aderant & duę arculæ Dictamni Cretensis; alterius ex Creta delati, alterius Mantuæ ex pensili Serenissimi Ducis viridario collecti: hoc foliorum extremorum, florumque colore, odore, ac acrimonia multis partibus euectum è Creta superabat; vidimusque flores Dictamni, Rorismarini flores colore, & figura referentes, inter vltima folia purpurescentia florentes; Quare aut erratum subest in Dioscoridis textu, aut re vera fallitur; nam & Theophrastus, & noster Poeta florere testatur his carminibus.

*Hic Venus indigno nati concussa dolore,*
*Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.*
*Puberibus caulem folijs, & flore comantem*
*Purpureo, non illa feris incognita capris*
*Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.*

## *De Rhapontico. Cap. XXIII.*

RHABARBARVM nos vt verum Rhaponticum accepimus, cùm omnibus notis Rhapontici Barbarum sit præditum, nec mirum si modorum à Dioscoride dicatur. De recenti enim quod eligendum dixit, intelligebat, idemque subacre tantum esse dicit, cùm recentis aquea humidi tate

odor,

odor, ac acris sapor adsit, sicut & in multis alijs plantis si cõtundantur, leueq; dici potest non absolutè, sed vt Dioscorides dicit, aliquantulum, quod correspondet sententiæ Mesues dicentis, cùm de Rhabarbaro agit, cum grauitate leue præ scilicet multis alijs radicibus, crocei coloris (inquit) est, non omninò, sed ad croceum tendentis. Et quamuis virtutis soluendæ alui non aperte meminerit Dioscorides, cùm tamen statim post Agaricum de ipso agat, sibiq; procemio proximè proposuerit se de cognatis in eo volumine dictur ũ, cùm dixerit Agaricum aluũ soluere, Rhaponticumq; Agarico cognatum sit, rationi consentaneum est ipsum soluere existimasse, illudq; tanquam notum tùm in superiùs dictis, tùm ex toto contextu prætermisisse, præsertim cùm eisdem morbis curandis eadem prorsus quantitate eodem modo, quibus Agaricum ait conuenire, quorum aliqui absq; ventris solutione curari nequeunt. Adest etiam Mesues authoritas, Rha tres species enumerantis, Indicum, Barbarum, & Turcicum, sub quibus comprehẽdi Ponticum certum est, cum seorsum de ipso non meminerit: at cum attribuat eundem prorsus modum adulterandi Rhabarbaro, quem Galenus primo de Anthidotis Pontico attribuit, nulli dubium esse debet, quin idem esse Ponticum, & Barbarum Mesues intelligat, accepto à Græcis loquendi more, quibus barbara omnis regio erat, quæ Græca non erat. Paulus itidem cum de Rha agit, nullam ponit differentiam inter Ponticum, & Barbarum ad easdem fermè compositiones, ad eundẽ morbum: ad podagram Rha vtitur modò voce Pontici, modò Barbarici, primoque eiusdem libro cum valentiùs aluum vult subducere, Terebintho Rha Ponticum adijcit, ut quod vim soluendi habeat. Quod si Galens soluendi vim non nouerit, vel etiam Dioscorides, non propterea dicendum Rha Ponticum, & Barbaricum plantas esse prorsus diuersas: nam & aliarum rerum Galenum, ut stibij soluendi

vis prorsus latuit, nec celeberrimis viris siue iunioribus, siue senioribus, quibus omnem inuidiam superauerint, sicuti Matthiolus Mesui, & Paulo facit, adeò petulanter obstrependum.

## *De semine Petroselini, & Meu. Cap. XXIIII.*



Acceptum fuit semen Petroselini Macedonici, quod pluribus viridarijs Mantuæ colitur; verum Meum ex alpibus florentinis fuit asportatum, quod caput odore valde tentabat.

## *De Terra Lemnia. Cap. XXV.*



Conspicua erat colore, & præstantia terrę Lemniæ tum rubræ, tum albæ vtriusque excellentis non exigua quantitas, dotibus omnibus insignis, partim Turcarum signis in orbiculos impressa, partim rudis in frustra, ut erat à propria sede eruta, dissecta: huius portio ore detenta principio adhærere videbatur, sed statim madefacta admodum friabilis, ac butiri instar liquescebat.



De

## De Gummi Arabico, & Acaciæ succo. Cap. XXVI.



ON longè aberat Gummi Arabicum ex Acacia in vermiculorum speciem concretum pellucidum, vitrumque benè expurgatum repræsentans, cuius & magna copia à Theriaca ipsi Berthiolo relicta est; sequebatur non longo interuallo eiusdem ordinis verus Acaciæ succus, ab Ægypto delatus, quem libenti animo sciscitantibus, vnà cum eiusdem Acaciæ peracutis spinis ostendebat. sicuti & admirabiles alias res ad artem Medicam, & Philosophiam naturalem, ut valde pertinentes, sic comparatu difficiles, quę eleganti Museo ut continentur, sic eloquenti libello breui in lucem prodibunt.

## De Cardamomo. Cap. XXVII.



GERMANA Cardamomi semina triangulari figura, acri, & subamara, dura denique prædita qualitate, odore caput feriente, vti Theriacæ, sic libro finem imponunt.



CAR-

# CARMINA IOANNIS FALCONI LVZZARIÆ MEDICI.

## In laudem Serenissimi D.D. GVLIELMI Gonzagæ Mantuæ, & Montisferrati Ducis.



*NCLYTE Gonzagidum ductor, quo carmine laudes*
*Decantare queam, & titulos toto orbe serenos;*
*Regalemq; animum, & facta immortalia mundo?*
*Tu vallo, & pulchris cinxisti mœnibus vrbem,*
*Tuq; nouis studijs decorasti, vt læta iuuentus*
*Incumbat; moresq; paret, famamq; reportet.*
*Talibus auxisti meritis, vt Mantua fletu*
*Abluat æterno tumulum, cineresq; sepultos,*
*Immemor haud vnquam tanti Ducis, atque parentis.*
*Auspice GVLIELMO pompa fuit acta solenni*
*Andremachi Antidotus, quam solers condidit ipso*
*Berthiolus, magnumq; sibi, & nostræ vrbis honorem.*
*Hic titulis superauit Auos, sciuitq; rebelles*
*Frenare, & fidos potuit seruare benignus*
*Consilio, prudensq; animi, non viribus vllis,*
*Vt regere imperio populos sibi munus ab alto.*
*Quis mage te facilis? quis te constantior vnquam?*
*Quis mage te sapiens? tibi summo in cardine rerum*
*Pectore prudenti sapientia mira latebat.*
*Et tibi magna fuit sacris vigilantia rebus.*
*BARBARA diua tibi posuit venerabile templum.*
*Hæc sibi struxerunt securum ad sydera callem.*



Ad

# Ad Serenis. D. D. VINCENTIVM Gonzagam Mantuæ, & Montisferrati Ducem.



*O Decvs Italiæ, lux ô clarissima Mundi*
*Quamquam aliquod cumulare tuis ingentibus actis*
*Non opis est nostræ lumen, nec tollere nostro*
*Carmine, non potuit tamen hæc mea Musa silere.*
*Vix ingressus erat dominandi in lumine primo,*
*Ecce noui ritus, rerumq; inuenta nouarum.*
*Cuncta gubernantur mirando iure reperto,*
*Et cunctis struitur rebus pulcherrimus ordo.*
*Ecce vrbis facies mutata, en secula cælo*
*Aurea deduxit Saturni tempore clara.*
*Quid te Iustitia extollam? nunc ipse viator*
*Carpat iter tutum, nunc, si vllo tempore læti*
*Extiterint Ciues tranquilla pace regentur.*
*Quid pietate feram? populi nunc rebus abundant,*
*Improba nec miseros vnquam torquebit egestas.*
*Quas summo genitor studio contraxerat, iste*
*Firmat amicitias Regum, conseruat, & auget*
*Munera Pontificis Sixti Mauortia gestas*
*Magnanime heroum pro religionis amore.*
*En sancta auspitijsq; tuis, & numine promunt*
*Berthioli antidota, & quæ iam celebrata Neroni.*
*Et quæ etiam Regi quondam gratissima Ponti,*
*Qui fuit inuentor, cui nec nocuere venena.*
*Antiquos igitur claris* VINCENTIVS *actis*
*Vincat auos, nam si hæc prodit iuuenilibus annis,*
*Quid, si fata dabunt, matura ætate videbo?*
*O vtinam dedant longæuam degere vitam*
*Sydera, Nestoresq; velint producere ad annos:*
*Erigat vtq; omnis tibi mille Europa trophæa,*
*Et celebres valeam musis celebrare triumphos.*

# Ad Illustrem, & Excellentissimum Mantuæ Medicorum Collegium.



*Incivs vt gelidis Medicorum aspexit ab antris*
*Conuenire simul cœtum, dum sancta parantur*
*Antidota, has læto fudit de pectore voces.*
*Collegium ò sacrum, sanctum, & venerabile patrum,*
*Qui Medica letbi reuocare, e faucibus ægros*
*Arte valent, ac arte valent velut alter Apollo:*
*Vt non longeuus Stygio reuocandus ab Orco*
*Hippocrates Pæon, Podalirius, atque Macbaon.*
*Vos equidem patres vestris virtutibus vrbem*
*Ornatis nostram, velut ornat Phæbus Olympum,*
*Cum mundo irradians curru splendescit Eoo,*
*Atque sua pictos rebus fert luce colores.*
*Hos sic muneribus decorat natura supremis,*
*Vt valeant gnari penetrando arcana parentis.*
*Intima naturæ supremas noscere causas.*
*Plurima quid referam Patres? vos Apollo,*
*Vos sibi pro populo Oenæo delegit alumnos.*
*Hæc igitur meritò præsit selecta virorum*
*Copia, quæ antidotis cuncta ingredientia sacris*
*Eligat, atque probet, rigidoq; examine ritè*
*Singula perpendat, nulla vt perfectio desit.*
*Mincius hæc cecinit salebroso in littore lætus.*
*Plurima decantans, Collegio fausta precando.*



In

# In laudem inclitæ vrbis Mantuæ.



*ANTVA cum toto iam sit mirabilis orbe,*
*Non meritas vrbis laudes, miramq; silebo,*
*Quo breuiter potero complecti carmine, formam.*
*Nam pulchram externi faciem mirantur, & alto*
*Semisepulta lacu superas se tollit ad auras.*
*Atque altæ moles, ac alta palatia cœlo*
*Aequantur, multisq; refert Dux iura serenus*
*Gentibus, vt regum quicunque hanc dixerit vrbem.*
*Hæc quoniam est vndis accincta palustribus, hostes*
*Iam bello, atque armis fracti sensere potentem.*
*Quin etiam Orator causas agitare forenses*
*Sic valet, ut Marci cedat facundia Tulli.*
*O quam te decorant Musæ, quid Musa Maronis?*
*Primus Idumæas retulit tibi Mantua palmas.*
*Maternis bello, musisq; simillima Thebis.*
*Has autem superas armorum laude superstes;*
*Namque inuicta manes, ceciderunt hostibus illæ.*
*Et superas etiam Romano & carmine Etrusco.*
*Commoda quis narret, quis campos narret opimos?*
*Munera quis Bacchi, atque almæ telluris honores?*
*Mincius allabens iucundo interfluit amne,*
*Qui merces vehit, & diuersa negotia præstat*
*Solamen populo, & statio gratissima nautis.*
*Hanc si aliud decorat, decorat longinqua vetustas,*
*Quòd prisca antiquæ superat primordia Romæ.*
*Hic etiam fulgent generosa in Appollinis arte,*
*Et præclara vigent Collegia in arte medendi.*
*Eia agè cum tantis florescas Mantua rebus*
*Nunc etiam Andromachi, & Damocritis aspice digna*
*Antidota, egregius, quæ nunc Antonius offert*
*Berthiolus, gremioq; tuo componit, ut ægri*
*Expellant ciues misero de corpore morbos.*
*Omnibus hæc tandem rebus celeberrima Mundo*
*Gonzagidum titulis cœlestia sydera tangit.*

# In Laudem Theriacæ, & Mithridati.



*ADMIRANDA, ac totum celebranda per orbem*
*Antidota hoc gracili diuinas carmine laudes,*
*Ingentesq; simul nequeo contexere vires,*
*Virtutesq; olim coluit, quas prisca vetustas:*
*Non hic crudeles spargant Aconita Nouercæ,*
*Nec quoque priuignis propinent lurida furtim*
*Pocula, quæ gelido fuerint infecta veneno.*
*Hæc clara antidota, incolumes vt ducere vitam*
*Tranquillam possent, grauibusq; resistere morbis;*
*Atque venenatis dapibus perfringere vires*
*Rex ponti, & magni quondam fecere Nerones.*
*Hoc igitur formosa loco spectacula surgunt,*
*Structaq; honorifice, vt sapiat gens incola Minci,*
*Cum veneranda Ducum nostrorum hic adsit imago,*
*Numine Gonzagidum, fieri hæc medicamina sancta.*
*Magna ergo Andromacho seniori gratia habenda est,*
*Atque Mitridati, qui pharmaca dia reliquit,*
*Vt possent homines longam seruare salutem.*
*Innumeras etiam debet persoluere grates*
*Mantua Berthiolis, qui ciuibus inclita condunt*
*Antidota; vt valeant lethale extinguere virus.*



Fede

## *Fede, & relatione del M. R. P. Don Gregorio Capilluti Teologo del Serenis. Sig. Duca di Mantoua, & di Monferrato, nel particolare del Balsamo.*

1594. Adì 15. di Decembre in Mantoua.

FO' fede io Don Gregorio Capilluti Teologo del Sereniss. Sig. Duca di Mantoua, come già molti dì mandai à Padoua in mano al Clarissimo Sig. Giacomo Luigi Cornaro vna ampoletta di Balsamo Orientale, hauuto dal Mag. Sig. Antonio Berthioli Speciale Ducale con vna lista d'articoli, à fine che sua Sig. Clarissima lo facesse essaminare con diligenza da gli Eccellentissimi Signori Alpino, & Cortuso, & che anco ella ne facesse proua, & abboccasse col suo interuento amendue questi Dottori professori de' semplici in quello studio, & mi procurasse il parere loro in iscritto per chiarezza de gli articoli mandatigli sopra il detto Balsamo del Mag. Berthioli, come di sopra hò esposto. Et perciò hò fatta questa fede scritta, & sottoscritta di mia propria mano sotto 'l dì, mese, & anno, come di sopra, nelle mie stanze di Corte, in Mantoua, Sigillandola del mio solito Sigillo.

Don Gregorio Capilluti di propria mano

*Luogo del Sigillo.*

---

## *Quesiti de' Berthioli, à gli infrascritti attestati.*

1. Se in questi nostri tempi, si troua il vero Balsamo, & in che luogo.
2. Se ne hà il gran Turco, ò altri d'Oriente.
3. Se questo del qual si manda la mostra, è vero, legitimo, & natural di Giudea.

4. S'è

4. S'è necessario che il Balsamo vero possa d'ogni età far quelli due effetti, che gli autori gli assegnano, cioè di non lasciar la macchia ne' panni di lana, & congelar il latte.
5. Se dtto Balsamo che si māda, può essere artificiale, ò nò.
6. Se potēdosi fare Balsamo artificiato, credono che possa rispōdere nelle parti tutte al legitimo, & vero Balsamo.

## *Fede del Clariss. S. Giacom' Aluigi Cornaro, Gentilhuomo Venetiano, & dell' Eccellentiss. Prospero Alpini Lettor de' Semplici in Padoua, sopra il vero, & legitimo Balsamo.*

1594. l'vltimo di Decembre, in Padoua.



HAVENDO io Giacom' Aluise Cornaro riceuuto in questi giorni vn'ampollina di certo liquore resinoso, mandatomi dal M.R.P. Don Gregorio Capilluti Teologo del Sereniss. Duca di Mantoua; per farlo essaminare, & riconoscere dalli professori di questa Città di Padoua nella materia de' semplici; lo feci vedere dall'Eccell. S. Prospero Alpini Lettore nello studio della sudetta professione, il quale essaminatolo con diligenza, mi disse, che'l sudetto liquore è Balsamo eletto di Giudea. Et dimandandoli io, se à tempi nostri ne vien prodotto dalla natura; mi rispose, che essēdo egli stato alquanti anni al Cairo, s'è certificato con proue reali di sì: & di più, che hà hauuto in Venetia due piante di esso Balsamo, le quali benche giouinette, & picciole, rendeuano nondimeno Balsamo eletto. L'addimandai se il Gran Turco ne hà, secondo che si dice; mi rispose di sì, & che anco non era cosa difficile à chi hà buone amicitie, d'hauerne honesta quantità, come egli ha

già

già hauuto. Li richiesi anco, se credeua, che il sudetto liquore venuto da Mantoua potesse esser composto per artificio; & mi rispose che lo tiene per Balsamo vero naturale. In oltre hò dimandato à sua Eccellenza se è necessario nel sudetto Balsamo la nota assegnatali di non lasciar macchia; & mi ha risposo, che ha tenuto gran tempo di non; ma che hauendone fatta nuoua esperienza quest'anno, con purissima acqua, ha leuato subito la macchia di sopra vn panno; & dice che tal proua non riesce ne' giorni freddi chi non scaldasse l'acqua; & che più facilmente si leua del Balsamo fresco che del vecchio, come anco il fresco meglio appiglia il latte, che il vecchio; ma che però nè l'vno, nè l'altro non lo coagulano si tenacemente, come altre materie, che si vsano ad appigliare il latte. Tutto quanto è di sopra, ho ritratto fedelmente dal sopradetto Ecc.[te] Sig. Alpino; & in fede del vero sarà sottoscritta la p̄sente scrittura, di mano di sua Ecc.[za] & della mia similmente sigillata insieme col mio solito Sigillo.

*Io Giacom' Aluigi Cornaro affermo quanto di sopra.*
*Io Prospero Alpino Lettore de Semplici affermo ut supra.*

Luogo del Sigillo. Luogo del Sigillo.

---

## *Seconda fede del Clarissimo Sig. Giacomo Aluigi Cornari Gentilhuomo Venetiano, sopra il detto Balsamo.*

OLTRE la fede fatta da me Giacomo Aluise Cornaro sotto l'vltimo di Decembre prossimo passato, & sottoscritta dall'Eccell. Sig. Alpino; torno à far testimonianza con la presente, d'hauere mostrato, & lasciato in mano del Sig. Giacomo Antonio Cortuso, il Balsamo man-

mandatomi dal molto Reu. Teologo Capilluti: & che eſso Sig. Cortuſo reſtituendomelo, mi diſſe hauerne fatto proua, & conoſciuto di vera ſcienza eſser Balſamo naturale, & eletto; confermando tutt'altro, che detto haue il Sig. Alpino, notato da me nella ſudetta fede ſcritta ſotto l'vltimo di Decembre; co'l quale Sig. Alpino eſso Sig. Cortuſo ha diſcorſo ſopra il ſudetto Balſamo, & ſopra gli queſiti mandati à me da Mantoua. Et di più io affermo, che hauendo dimandato ad eſso Sig. Cortuſo ſe ſi può far Balſamo artificiale coſi ſimile in ogni parte, & qualità al naturale, che non vi ſi poſsa conoſcer differenza: mi riſpoſe egli, che non era poſſibile; perche ſi conoſce con poca difficoltà da pratichi il Balſamo artificiale. Il medeſimo tiene il Sig. Alpini, & io Giacomo Aluiſe confermo l'iſteſso, affermando ſopra l'honor mio per vero tutto ciò, che nella preſente, & nell'altra mia ſcrittura ſudetta ho raccontato. Di Padoua li 6. di Genaro 1595.

*Io Giacomo Aluiſe Cornaro confermo quanto di ſopra.*

Luogo del Sigillo.

---

## *Lettera di fede del Sig. Giacom'Antonio Cortuſo Gentilhuomo Padouano, al Clariſsimo Sig. Giacom'Aluigi Cornari, nel particolare del Balſamo.*

Clariſſimo Signore.



Già ch'io non poſso eſser con V. S. trouandomi fuori in Villa, ſupplirò cõ queſte mie in riſpoſta di quello, che lei mi ricerca intorno al Balſamo, che da Mantoua le fù mandato, & torno à dire l'iſteſso, che nel Giardino Medicinale diſſi per auanti à V. S. circa il compo-

ner

ner per arte il Balsamo, che certo non sò, se si possi imitare il vero Balsamo, che da' periti non sia conosciuto, & per le esperienze c'ho fatto di quello, ch' ella mi mandò venuto da Mãtoua, lo tengo p licor naturale, & nõ arte fatto, sopra del quale hauendo fatto lungo ragionamento con l'Eccellentissimo Alpini, che mi disse hauerne fatte tante, & cosi felici esperienze, non mi estenderò più oltre, riportandomi à quello, che ha esso riferito à V.S. al quale si può credere in tutto, che ha detto, si per la ingenuità dell'animo, come per il molto saper suo d'intorno ciò, essendo stato nel paese oue nasce il Balsamo, & maneggiatone assai, come dice, & però con questo fine à lei mi raccomando. Di Villa alli 12. Genaro 1595.

*Di V.S. Clarissima.*

*Seruidor affettionatissimo.*

*Iacom' Antonio Cortuso.*

Luogo del Sigillo.

---

## *Excellentiss. Laurentij Longi, Medici Curialis Sereniss. Mantuæ, & Montisferrati Ducis, attestatio veri legitimiq; Balsami, ac Theriacę, & Mithridati.*

QVONIAM in præparandis celebratissimis aduersus Venena Antidotis, qualia sunt Theriaca, & Mithridatum, tantopere ab antiquis Auctoribus commendata, sæpe accidit, (& meritò quidem) vt vel artificum imperitia, aut negligentia; vel medicamentorum selectorum aut verorum inopia; optima, ac omnibus numeris absoluta euadere quandoque nequeant; Ob id ne quis in

hanc suspitionem deueniat, vel malignorum ominum erronea aliquando persuasione impulsus hoc idem euenisse in horum compositione, nuper per DD. Ioannem Paulum, & Antonium eius fratrem de Berthiolis Pharmacopolas Ducales facta credat; amplam indubiamq; fidem facio, atque attestor Ego Laurentius Longus Brixiensis, Medicus Curialis Serenissimi D. D. VINCENTII Gonzagæ Ducis Mantuæ, & Montisferrati, ea siquidem rectè, ac maxima cum sedulitate, nec non exactissime fuisse composita, adeo, vt nil ornatiùs, perfectiùs ve in ipsis desiderari potuerit, potissimum cùm Simplicia Medicamenta ingredientia per nos visa, & perfecta, tum optima, tum genuina, neq; adulterina, siue supposititia (tribus demptis, Xylobalsamo, Carpobalsamo, & Amomo; quorum vice æquiualentia, peroptima quidem sunt substituta) fuerint imposita. Inter quæ precipue fuit Opobalsamum Ægiptium legitimum, omnibusq; notis à Dioscoride, cæterisq; facultatis herbariæ peritissimis Auctoribus ipsi attributis præditum; quod per nos Medicos Curiales diligentissimè fuit visum, & ad vnguem exploratum; mox quoq; periculo sæpius facto, verum, & optimum, ac omni impostura alienum esse iudicauimus; id quod etiam plurimi de medica facultate benemeriti viri censuere. In quorum fidem hæc scripsi, proprioq; muniri Sigillo volui. Ex Ædibus nostris Mantuæ, Nonis Februarij, Anno à Deiparæ Partu M D X C V.

*Idem Laurentius Longus qui supra manu propria.*

Locus Sigilli.

*Excel-*

*Excellentissimi Physici, & Philosophi Io: Baptistę Tornielli Serenissrum Ducis, & Principum Mantuę, & Montisferrati Medici, de vero ac legitimo Iudeę Balsamo fides.*

EGo Io: Baptista Torniellus Nouariensis Serenissimorum Mantuæ, & Montisferrati, &c. Ducis, ac Principum Medicus, & Philosophus, Fidem facio, & attestor, me apud Egregios DD. Antonium Berthiolum Ducalem Pharmacopolam, & Io: Paulum eius fratrem, in ornatissimo Theriacæ, ac Mitridaticæ confectionis apparatu, lectissimoq; Simplicium delectu publicè cuiuis proximè elapsis mensibus spectandum proposito; Opobalsamum verum ac legitimum, ex Orientali plaga deuectum ita inspexisse, ac sedulò contemplasse; vt probatissimorum auctorum examine, ac periculis discussum, omnes genuini Ægyptiorum Balsami notas satis euidentes edidisse conseatur. Has idcirco manu propria conscribere persuasus, oculatæ fidei testimonium Sigillo pariter consueto munire libuit. Mantuæ ex curiali Cubiculo Prid. Kal. Martij M D X C V.

*Idem Io: Baptista Torniellus Med. & Philos. aff. ut sup.*

Locus Sigilli.

---

*Approbatio Excellentiss. Collegij Veronensis, Opobalsami, Carpobalsalmi, & Xylobalsami, D. Ioannis Pona, ad signum Pomi Aurei.*

CVM proximè elapsis diebus, Egr. Ioannes Pona Pharmacopæus ad insigne Aurei Pomi, Vir prudens suæ artis, necnon simplicium medicamento-

rum, reiq; herbariæ peritissimus, liquorẽ quendam resinosum,& aromaticum ab Antonio Berthiolo viro optimo atq; eruditissimo, Serenissimiq; Ducis Mantuæ pharmacopæo primario acceptum, pluribus Medicis, & simplicium professoribus ostendisset,esse verum, & legitimum Opobalsamum affirmabat;multorum etiam doctissimorum virorum adhibito testimonio. Sed nolens suo, vel aliorum iudicio acquiescere; Collegium suppliciter rogauit,expostulauitq; vt de more, suam de ea re sententiam proferre dignaretur; vt si pro vero, & legitimo ab Excellẽtissimis Viris probaretur,pro vero,& legitimo ipsi quoq; in cõficienda Theriaca vti liceret.

Nos igitur Ludouicus Fumanellus, & Nicolaus Maronea Doct.Med.Collegij Veronensis,quibus istud negotium à Collegio fuit demandatum, omnem curam, & diligentiã sedulo adhibentes,consideratis mature, & ad vnguem omnibus,& singulis notis legitimi Balsami, eorumq; omnium sæpius facto periculo, necnon optime, diuq; consideratis, cum antiquorum,tum recentiorum scriptorum rationibus, eisq; in pleno Collegio distinctè, & fideliter relatis,sententiam nostram explicauimus; vbi cum liberum vnicuiq; sit, quid sentiat exponere,ea de re acriter,diuq; hinc inde in vtramq; partem, vt veritas magis innotesceret, fuit disputatum; tandem ad secreta suffragia deuentum est, ac ab omnibus nemine dissentiente,pro vero, & legitimo Opobalsamo fuit approbatum,simul cum Carpobalsamo, & Xylobalsamo. in quorum fidem,eiusdem Collegij mandato, auctoritateq; nobis iij.Non. Octobris concessa ipso Pona petente, & instante, has litteras publicas,manu propria subscripsimus,atq;Cãcellarij nostri subscriptione,Collegijq; solito Sigillo muniri voluimus. Dat. Veronæ 6. Idus Octobris M D X C V.

*Ludouicus Fumanellus D. Med. Colleg. Veron.*
*Nicolaus Maronea D. Med. Colleg. Veronen.*
Locus Sigilli.

Signum Tabellionatus

*Ego Vincentius Battalea f. q. D. Francisci de Parochia S. Siluestri Veronæ publicus Imperiali auctoritate not. ac Excell. Collegij DD. Medicorum Veronæ Cancell. huic testimonio & fidei subscripsi, & solito signo meo communiui rogatus die prędicta.*

Ioannes Cornelio Cap.

*Fidem facimus, & attestamur D. Vincentium Battaleam esse not. huius Ciuitatis legalem bonæ fidei, & famæ, cuius publicis scripturis, & instrumentis plena fides adhibetur, in quorum fidem. Veronæ die 10. Octobris 1595.*

Locus Sigilli.

*Io: Baptista Peterlinus not. Canc.*